

MONVMENTA
GERMANIAE
HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVN MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII Aevi

SCRIPTORES RERVM GERMANICARVM
NOVA SERIES
TOMVS II

COSMAE PRAGENSIS
CHRONICA BOEMORVM

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MCMXXIII

DIE CHRONIK DER BÖHMEN

DES

COSMAS VON PRAG

UNTER MITARBEIT VON W. WEINBERGER

HERAUSGEGEBEN VON

BERTOLD BRETHOLZ

BERLIN

WEIDMANNSCHE BUCHHANDLUNG

1923

INCIPI^a PROLOGUS AD SEVERUM PREPOSITUM^{b.1}. K. 31, 15.

Domino^c Severo^d, Melnicensis^{e.2} ecclesie preposito,
 tam litterali scientia^f quam spirituali intelligentia pre-
 dito, Cosmas Pragensis ecclesie solo nomine decanus post
 5 huius vite stadium in celesti regno bravium. Quanta
 mentis mee devotione ac dilectione vestre paternitati^g
 substernor, Deum testor, eloqui nequeo, neque enim
 est magna dilectio, quam humana comprehendit ratio.
 Dilectio enim vera nihil proprium, nihil secretum aut
 10 occultum habere quit, quod non ei promat, quem sin-
 cero affectu diligit. Ea mihi nisi affuisset^h, nequaquam
 tante auctoritatis viro hec mea senilia deliramenta offerre
 presumpsissem. Querens enim quesivi, quid iocundum,
 quid ociosum vobis offerrem, sed nihil tam ridiculosum
 15 quam opusculum meum inveni. Si enim suaviter ride-

Prologus (A 1^a. 2. 3. 4. B. C). — a) Incipit prologus in chronicam Boemo-
 rum A 4; Prologus libri Boemorum A 4^a; Incipit prohemium in cronicam Bohemo-
 rum primum A 1^a. b) Melnicensem prep. A 2^{*}; prep. Meln. C 2; prep. Mieln.
 C 1^b. 3 (Mieln. von 2. Hd. C 3). c) domno A 3^a. B; dno A 2; d. Meln. e. p. Severo A 2^{*}.
 20 d) Sereno C 2^b; et vero, am Rande von jüng. Hd. al. Severo, C 3. e) Mielnic. C 1^b;
 Myloceň A 3^b. f) fehlt A 1^a. 4. 4^a. g) fraternitati A 2^a*. h) affuissent A 3.

1) *Gel. Dobner, Mon. hist. Boem. III* (1774), 14, identifiziert ihn mit
 dem im *Necrol. Bohem. (Hs. saec. XII. der Wiener Hofbibl. nr. 395)*
 zu XII. kal. Sept. angeführten Sev. prep. 2) Diese Nennung
 25 eines Propstes von Melnik ist der älteste sichere Beleg für den Bestand
 eines Kollegiatstiftes daselbst, über dessen Entstehung sonst nichts be-
 kannt ist; vgl. A. Frind, *Kirchengesch. Böhmens I*, 149 ff. — Vermu-
 tungen über die Gründung unter H. Boleslaus II. (967—999) hängen
 zusammen mit der unsicheren Annahme, daß daselbst eine Münzstätte
 30 bestanden habe, aus der die rätselhaften Denare mit ENMA REGINA
 (Gemahlin Boleslaus?) auf der Vorder- und CIVITAS MELNIC auf
 der Rückseite stammen sollen; vgl. A. Sedláček, *Mistopisný slovník*
 [Topograph. Wörterbuch] S. 593. — *Melniker Tradition* (vgl. J. Schaller,
Topographie des Königreichs Böhmen IV, 165) verlegt die Grün-
 35 dung der Kollegiatkirche ins Jahr 1120. Dieser Ansicht möchte sich
 auch V. Novotný, *České Dějiny [Böhm. Geschichte] I*, 2, 687 (vgl. auch
 I, 1, 659) eher anschließen und die Bezeichnung praepositus bei Cosmas
 nur als Vorsteher einer großen Kirche, aber noch nicht eines Kapitels
 40 s. unten zu Kap. 15.

K. 31, 24. mus, cum aliquem offendi pede ad lapidem¹ videmus, quot in hoc opere meas offensiones, quot gramatice artis synalimphas videbitis; de quibus si per singula ridere velitis, ultra modum potestis uti proprietate^a hominis. Valet^b. Sive enim vobis soli hee seniles nuge placeant sive displiceant, rogo, ne tercius eas oculus^c videat^d. 5

ITEM^a AD GERVASIUM² MAGISTRUM^b PREFACIO OPERIS SUBSEQUENTIS^c.

Liberalium artium quibusque studiis pleniter imbuto^a et^d omnimode^e scientie sapientia delibuto^f archigeronte² 10
 Gervasio Cosmas, quod dicitur haud^g dici dignus, Deo tamen et sancto Wencezlao^h famulantium famulus, debite orationis munus et mutue dilectionis pignus. Cum acceperisⁱ hanc scedulam^k, scias, quod tibi transmiserim Boemorum¹ chronicam, quam ego nullo gramatice artis 15
 lepore politam, sed simpliciter et vix latialiter digestam tue prudentie singulari examinandam deliberavi, quatinus tuo sagaci iudicio aut omnino abiciatur, ne a quoquam legatur aut, si legi adiudicatur, lima tue examinationis ad unguem³ prius elimetur aut potius, quod magis rogo, 20
 per te ex integro latialius enucleetur^m. Nam id solum opere precium duxi in meo opere, ut vel tu, cui a Deo collata est sapientiaⁿ, vel alii potiores scientia^o, sicut Virgilius habuit Troie excidia et Stacius Eacidia^{p.4},

a) risu übergeschrieben C 3. b) valet in der Zeile getilgt und am Rand vñ 25
 von 2. Hd. nachgetragen A 2^b; va† B; vñ A 2^a, C 1. 2^a; vel A 4. 4^a. C 2^b. 3; fehlt A 1^a. 3 (vgl. Anm. d) *. c) fehlt A 3. d) valet hinzugefügt A 3.

Praefatio (A 1^a. 2. 3. 4. B. C). — a) Item prologus alius ad Gervasium magistrum et prefacio corporis subsequentis C 2^b; Item — imbuto fehlt A 1^a. b) mag. Gerv. A 2^a*; ad G. mag. fehlt A 4^a. c) op. libri sequentis (A 4); op. subs. 30
 fehlt A 3^a. d) Domino colendissimo et omn. beginnt A 1^a (s. Anm. a). e) omnino de A 3. f) imbuto A 2^a; imb. A 1^a. g) aut, korr. haud, A 2^a hier und sonst. h) Wencezao A 2^a; Wenceslao A 1^a. (4). 4^a; C 1. 2* meistens. i) accipi**s A 2^a; acciperis A 2^b; ceperis A 4^a. k) cedulam A 1^a. 2^b. (4). 4^a. C 1. 2; sched. C 3. l) Bohem. A 3^a. C meistens. m) enudetur A 2^a. 4^a; enudetur, korr. am Rand von 35
 2. Hd. enucleetur, A 2^b; lat. en., übergeschrieben latinalius enunctietur, C 3. n) dahinter Lücke von etwa vier Buchstaben A 2^a. o) pot. sapientia vel scient. A 2^a*. p) so A 2^a. C 1^b. 2; Aeacida mit übergeschriebenem i vor letztem a C 3; Aeacida (A 4) *; Eacida die übrigen.

1) Matth. 4, 6; Luc. 4, 11: ne forte offendas ad lap. pedem tuum. 40
 2) Nach Dobner a. a. O. S. 12 identisch mit Gervasius canonicus et magister, dessen Todestag im genannten Necrol. Bohem. zum 3. Mai verzeichnet wird. — Novotný Č. D. I, 1, 686, N. 4, stellt den Nachweis in Aussicht, daß dieser Titel etwa gleichkomme archipresbyter und die ältere Bezeichnung für decanus sei. Wenn Dobners obige Gleichstellung, 45
 wie anzunehmen, berechtigt ist, dann läge die Erklärung durch magister näher. Auch Palacky, Würdigung der böhm. Geschichtschreiber (Prag 1830) S. 3, sagt, daß der Titel 'wahrscheinlich dem Dompropst oder doch dem Vorsteher der Schule zu St. Veit' gehörte. 3) Horat. Ars poet. 294: ad u. 4) Ovid. Met. VII, 472: Aeacideia regna. 50

ita ipsi hoc meum opus habeant pro materia, quo et suam K. 31, 40.
scientiam posteris notificent et nomen sibi memoriale^{a. 1}
in secula magnificent.

Igitur huius narrationis sumpsi exordium a primis
5 incolis terre Boemorum^b et perpauca, que didici senum
fabulosa relatione, non humane laudis ambitione, sed ne
omnino tradantur relata oblivioni, pro posse et nosse
pando omnium bonorum dilectioni. Bonis enim^c et peritis
semper placere glisco^d, idiotis autem et discolis displicere
10 non pertimesco. Scio enim nonnullos affore emulos et
eos emori^e risu subsannationis², cum viderint scema^f huius
operationis; qui tantummodo docti sunt aliis derogare et
ipsi per se nihil boni^g sapiunt erogare. De talibus canit pro-
pheta^{h. 3}: 'Sapientes sunt, ut faciant mala, bene autem
15 facere nesciunt'. Hii namque ea solummodo linceis oculis⁴
inspiciunt et in corde suo velut in adamante figunt
memoriter, que sunt dictaⁱ inproprie aut ubi mens mea
dormitans titubavit. Quid mirum? 'Quandoque bonus dor-
mitat Homerus'^{k. 5}. Horum ego¹ nec invidiosis derogatio-
20 nibus perterreor nec yronicis adulationibus permulceor;
qui volunt, legant, qui nolunt, abiciant. Tu autem, frater
karissime, si me tuum amicum diligis, si meis precibus
tangeris, precinge lumbos⁶ mentis et accipe in manum
rasorium^m, calcem et calamum⁷, ut quod superest radas
25 et quod non est desuper addas; inproprie dicta pro-
prietate muta, ut sic mea insciciaⁿ tua sublevetur^o
facecia. Non enim ab amico corrigi erubesco, qui
etiam ab amicis^p nimio affectu emendari exposco.

Continet autem hic liber primus Boemorum gesta,
30 prout mihi scire licuit, digesta usque ad tempora primi^q
Bracizlai^r, filii ducis Ōdalrici^s. Annos^t autem dominice

a) mortale A 2^a; memorabile *Freh.* b) Boemior. A 2^a und so öfter.
c) fehlt A 2*. d) cupio A 2*. e) al. mori am Rande A 2^b; übergeschrieben C 3;
mori B. C 1. 2. f) scemata A 3; scena, *korr.* scema, A 2; schema C 3. g) fehlt
35 A 2*. h) poeta, übergeschrieben propheta und am Rande Esalas, C 3. i) dicta
sunt A 2^a*. k) Omerus A 1^a. 3. l) § A 2; go C 2^b; ergo *. m) rosar. A 4. 4^a;
rosor. B; in membranis am Rande hinzugefügt C 3. n) inscientia A 2*; (in 2^b
radiert und am Rande inscicia). o) subve(h)atur A 3. p) amico A 3; inimicis
Freh. q) fehlt B. r) Bratis(z)l. A 1^a fast immer; Bratiszlavi A 4; Bracizlavi A 4^a.
40 B. C 3; Bracislavy A 2^a (-avi *); Brzicz(ez)islavi C 1^a fast immer; Brac(z)i(y)sl. C 1^b. 2
fast immer. s) Odaldrici A 2^a; Vdalrici A 2^b; Udaldrici (A 4); Udalrici A 4^a und
so fast immer C 3; Ōalrici B immer; Odalrici * und so fast immer C 1; öfter C 2;
Dedalrici A 1^a fast immer. t) anno B. C.

1) *Iudith.* 9, 15: erit enim hoc memor. nom. tui; *vgl. auch Ex.* 3, 15.
45 2) *Ezech.* 23, 32: in derisum et in subsann.; *vgl. Ps.* 43, 14; *Terent. Eun.*
III, 1, 42: risu omnes qui aderant emoriri. 3) *Ierem.* 4, 22. 4) *Horat.*
Sat. I, 2, 90; *Boeth. Cons. phil.* III, 8: linc. oc. 5) *Horat. Ars poet.* 359:
quandoque — Hom. 6) accingere lumbos oft in der *Vulg.*; lumbosque
ciliciis praecincti *II. Mac.* 10, 25. 7) *Vgl. Wattenbach, Schriftwesen* 3, S. 236.

K. 32, 18. incarnationis idcirco a temporibus Borivoy^a, primi^b ducis catholici, ordinare cepi, quia in inicio huius libri nec fingere volui nec chronicam reperire potui, ut, quando vel quibus gesta sint temporibus, scirem, que ad presens recitabis in sequentibus. Vale; et tuo iussu aut me ad cetera evolvenda precingam aut ibi gradum sistam¹ et meis ineptis modum figam ceptis. 5

Vive, vale, mea^c ne renuas^d optata, sed imple.

Est autem hec chronica composita regnante quarto Heinrico^e Romano^f imperatore² et gubernante sanctam ecclesiam Dei papa Kalisto^{g.3}, sub temporibus ducis Boemorum Wladizlai^{h.4}, simul et presulis Pragensis ecclesie Hermanni^{i.5}, ut in sequentibus datur omnibus scire volentibus, quibus sint acta annis Christi vel indictionibus. 10

INCIPIT^a PRIMUS LIBELLUS^b IN CHRONICAM^c BOEMORUM^d, QUAM COMPOSUIT COSMAS PRAGENSIS ECCLESIE DECANUS^a. 15

I. Post diluvii effusionem, post virorum maligna mente turrim edificantium confusionem humanum genus, quod tum fere constabat in LXX duobus^e viris⁶, pro tam illicitis et temerariis ausis^f cum divina ultione, quot capita virorum, tot in diversa linguarum genera dividerentur, sicut hystorica^g relatione didicimus, unusquisque eorum vagus et profugus⁷, longe lateque dispersi⁸ per diversa spacia terrarum errabant ac de die in diem corpore decrescientes⁹ in 25

a) Boriwoi(-oii) A 3 (4); Borivoi(i) A 4^a. B; Borywoi(y) A 2^b öfter; Borziwoy A 1^a. C 1^b öfter. 2; Borziwoyii C 1^a. b) fehlt B. c) et mea B. d) rennuas B*; renues A 1^a. 2^b. C 1. 2; rennuas (renues), korr. renuas, A 2^a. C 3; vgl. Horat. Ep. I, 13, 19. e) Henrico fast immer A 3^b. C 1. 2, öfter A 1^a. 2. B. C 3. f) Romanorum A (4). 4^a. g) papa Kal. fehlt A 3; Kalixto (Cal.) C; Kalixto secundo A 1^a. h) Wladizlay A 2^a*; Wladyzl. fast immer A 2^b; Wladislao mit übergeschriebenem i über o A 1^a; Wladi(y)slai(y) C 1. 2 immer. i) domni Herm. A 3. 30

I, 1 (A. B. C). — a) Incipit — decanus fehlt A 1^a; Libellus (so) in cron. Boem. A 1; Inc. prim. libellus Cosme decani Prag. eccl. in chronica Boem. A 3^a; Inc. chronica Boem. quam composuit Cosmas (A 4); Inc. libellus in cronicam Boem. A 4^a; Inc. liber I. in kronicam Boem. Kosme Prag. decani B. b) liber C 1^b. 2; prim. lib., übergeschrieben liber primus, C 3. c) cron. C 1. 2. d) Bohem. C 1^a. 2. e) in LXX, in der Zeile getilgt und i 70 von 2. Hd. übergeschrieben, A 1. f) ausibus A 3. g) so A 3; hist. (A 4)*; ystorica A 2^a; hy(i)storiaca die übrigen. 35

1) Verg. Aen. VI, 465: siste gradum. 2) Heinrich V., als Kaiser allerdings der IV., 1106—1125, Mai 23. 3) Calixtus II., 1119, Febr. 2—1124, Dez. 14. 4) Wladislaus I., 1110—1125, Apr. 12. 5) 1100, Apr. 8—1122, Sept. 17; über die Wichtigkeit dieser Daten für die Abfassungszeit des Werkes vgl. J. Loserth, Studien zu Cosmas, in: Archiv f. österreich. Geschichte LXI (1880), 29 und die Einl. 6) F. Vacek, České pověsti ve 12. stol. [Die böhm. Sagen im 12. Jahrh.], in: Jahresber. des Real- und Obergymn., Prag 1905, S. 7, erklärt diese Zahl aus dem Geschlechtsregister der Nachkommen Noes; Gen. 10. 7) Gen. 4, 12: vag. et prof. 8) Vgl. Gen. 11, 7—9. 9) II. Reg. 3, 1: decrescens quotidie. 40 45

generationes et generationes multipliciter crescebant. Unde K. 32, 34.
 humanum genus Dei nutu omnia disponente in tantum
 diffusum est per orbem terre, ut post multa secula tan-
 dem has etiam in partes deveniret Germanie; tum^a enim
 5 omnis illa^b regio sub arctoo^c axe^d Thanay tenus^e et usque ad *Regino* 889
 occiduum^f sita, licet in ea singula propriis loca nominibus nuncu-
 pentur, generali tamen vocabulo Germania vocitatur^{g.1}. Ad hoc
 ista retulimus, ut nostre intentionis melius exequi pos-
 simus propositum. Veruntamen interim, priusquam ad exor-
 10 dium narrationis veniamus, situm terre huius Boemice et
 unde nomen sit sortita breviter exponere temptabimus.

II. In divisione orbis^a secundum geometricos Asia no-
 mine sub suo dimidium mundi obtinuit et dimidium Europa
 et Affrica^{b.2}. In Europa sita est Germania, cuius in
 15 partibus versus aquilonalem^c plagam est locus late nimis
 diffusus, cinctus undique montibus per girum, qui
 mirum in modum^d extenduntur tocus^e terre per circui-
 tum, ut in aspectu oculorum quasi unus et continuus
 mons totam illam terram circueat^f et muniat. Huius
 20 terre superficiem tunc temporis vaste tenebant solitu-
 dines nemorum sine habitatore^g hominum³; nimis tamen
 sonore erant examinibus apum⁴ et diversarum modula-
 tionibus volucrum. Fere silvarum innumere ceu maris
 harene^{h.5} vel quot sunt stelle in ethereⁱ nec ab
 25 ullo perterrita errabant per devia terre, et bestiarum
 gregibus vix sufficiebat tellus. Ad numerum locusta-

a) so C 3; cum die übrigen. b) fehlt A 3. c) arcto A 2^a. 3. C 1. 2;
 arctoo, von 2. Hd. übergeschrieben a recto, A 1. d) arce A 2^a. e) thanaytenos,
 von 2. Hd. korr. -tenus, A 1. f) occiduum A 1. 3. (korr. von 2. Hd. occiduum A 3^b).
 30 g) vocatur A 2.

I, 2 (A. B. C). — a) oros, korr. orbis, A 1; terrae, korr. von 1. Hd. orbis, C 3.
 b) Africa A 1. (4). C 3. c) aquilonarem A 3^a immer. d) qui in immodum A 3^a;
 qui in modum, dazu am Rande von späterer Hd. mirum, A 3^b. e) mundi nach
 tocus gestrichen A 1. f) circuiat A 2; circuebat A 4^a; circumeat A 1. C 1^a. 2^b. 3.
 35 g) habitatione C 3; abitatore, korr. habitatore, A 1. h) arene(e) A 1. 2^b. B. C 1. 2.
 i) heterrē, korr. heterē, A 1; hetherē A 2^a; celo seu eth. A 4^a.

1) *Regino, Chron. z. J. 889, aus Paul. Diac., Hist. Lang. I, 1; vgl. SS. rer. Germ., Reginonis abb. Prum. chronicon, ed. Kurze (Hannover 1890) S. 132.* 2) *Vgl. Plinius Nat. hist. III, 5: Europa . . . quam*
 40 *plerique merito non tertiam portionem fecere, verum aequam in duas partes ab amne Tanai ad Gaditanum fretum universo orbe diviso; auch Augustin. Civ. Dei XVI, 17; Quaest. in hept. VI, 15; Paulin. Nolan. Carm. III (= Auson. Ep. 19). Vgl. H. Berger, Gesch. der wissenschaftlichen Erdkunde der Griechen (Leipzig 1903) S. 78: Die überwiegende*
 45 *Mehrzahl der Zeugen schreibt den alten Geographen die Zweiteilung in Asien und Afrika zu. S. auch Cosmographia olim Aethici dicta, in: Geographi lat. min., coll. A. Riese (Heilbronn 1878) S. 71 ff.* 3) *Jer. 33, 10: absque homine et absque habitatore.* 4) *Jud. 14, 8: examen apum.* 5) *II. Reg. 17, 11; III. Reg. 4, 20; Ps. 77, 27: maris aren.*

K. 33, 9. rum¹ estate per arva^a saltancium vix poterant equip-
perare^b armenta iumentorum. Aque illic nimis perspicue
et ad humanos usus sane, similiter et pisces suaves et ad
comedendum salubres. Mira res, et unde perpendere po-
tes, quam in alto aere hec pendeat regio, cum nulla pere- 5
grina hanc influat aqua², sed quotquot amnes, parvi
et inmanes ex diversis montibus orti, a maiori aqua que
dicitur Labe³ recepti usque aquilonale fluunt in mare.
Et quia hec regio tempore in illo intemptata iacebat ara-
tro et homo, qui temptaret, adhuc eam non intrarat, de fer- 10
tilitate sive sterilitate eius magis placuit tacere, quam
inexpertam^c rem dicere. Has solitudines quisquis fuit ille
hominum — incertum est quot in animabus — postquam
intravit, querens loca humanis habitationibus oportuna,
montes, valles, tesqua, tempe visu sagaci perlustravit⁴ et, 15
ut reor, circa montem Rip^{d.5} inter duos fluvios, scilicet

a) aura, korr. von 2. Hd. arva, A 1. b) equippe- A 1. 3^b. C 1^b, equipperare,
korr. equipperari, A 2^a; equipperari A 4^a. B; aequiparari (A 4); aequiparare C 3*.
c) ineptam A 3. d) Rzip C.

1) *Iud.* 6, 5: et instar locustarum universa complebant, innumera 20
multitudo hominum . . . 2) Vgl. W. Friedrich, *Die histor. Geographie
Böhmens*, in: *Abhandlungen der k. k. geograph. Gesellschaft in Wien IX*
(1912), 10: 'Ein Strom besorgt die Entwässerung der überwiegend größeren
Fläche des Landes. Nur wenige Gewässer fließen in das Land herein . . .'
3) Über den wahrscheinlich keltischen Ursprung des Namens vgl. Fried- 25
rich a. a. O. S. 104, N. 4. 4) Sehr zweifelhaft ist es, ob hier mit
H. Jireček, *Kosmas a jeho kronika [C. und seine Chronik]* (Prag-
Brünn 1906) S. 23, eine Anlehnung an Numeri 27, 21 anzunehmen
wäre. 5) Der sagenberühmte Georgsberg. — Über die tschechische
Ursage, wie sie C. im folgenden erzählt, haben zuletzt eingehender, aber 30
in sehr verschiedener Auffassung geschrieben: H. L. Krause, *Forschungen
auf dem Gebiete der deutsch-slawischen Geschichte in der ersten Hälfte
des Mittelalters. Teil I: Zur Kritik des Cosmas von Prag und der
ältesten Geschichte Böhmens* (Programm des Gymn. Schrimm 1884);
J. Lippert, *Die tschechische Ursage und ihre Entstehung*, in: *Sammlung* 35
gemeinnütziger Vorträge, n. 141 (Prag 1890); W. Regel, *Über die
Chronik des Cosmas von Prag* (Dissertation Dorpat 1892); A. Bach-
mann, *Die böhmische Ursage*, in: *Mitteil. des Inst. f. österreich. Ge-
schichtsforschung XX* (1899), 42; H. Schreuer, *Untersuchungen z. Ver-
fassungsgeschichte d. böhm. Sagenzeit*, in: *Schmoller, Staats- und sozial-* 40
wissenschaftl. Forschungen XX, 4 (Leipzig 1902); H. Jireček (s. N. 4).
Als wertlose Kombination des Cosmas faßt die Sagen auf A. Brückner,
Allerlei Mystifikationen, in: *Beil. z. Allgem. Zeitung in München*, 1903,
n. 249, Sp. 218 ff.; gegen ihn wandten sich insbesondere H. Schreuer
ebenda n. 284, Sp. 501, und *Zur altböhm. Verfassungsgeschichte*, in: *Mit-* 45
teil. d. Inst. f. österreich. Geschichtsforschung XXV (1904), 385, dann
in *tschechischer Sprache V. Flajšhans in der Osvěta Jhg.* 1904, S. 893,
F. Vacek in dem oben S. 4, N. 6 genannten Aufsatz u. a. m. Vgl.
auch meine *Geschichte Böhmens und Mährens* (München-Leipzig 1912)
S. 38 ff.; *Novotný Č. D. I*, 1, 227 ff., mit reicher Literaturangabe. 50

Ogram^a et Wlitaum^{b.1}, primas posuit sedes, primas fundavit et edes et quos in humeris secum apportarat, humi sisti penates gaudebat^{c.2}. Tunc senior, quem alii quasi dominum comitabantur, inter cetera suos sequaces sic affatur: 'O socii, non semel mecum graves labores^{d.3} per devia nemorum perpessi, sistite gradum⁴, vestris penatibus litate libamen gratum, quorum opem per mirificam hanc vobis olim fato predestinatam tandem venistis ad patriam. Hec est illa, hec est illa^e terra, quam sepe me vobis promisisse meminim, terra obnoxia nemini, feris et volatilibus referta, nectare mellis et lactis⁵ humida, et, ut ipsi perspicitis, ad habitandum aere iocunda. Aque ex omni parte copiose et ultra modum piscose. Hic vobis nihil deerit, quia^f nullus vobis oberit^f. Sed cum hec talis, tam pulchra ac tanta regio in manibus vestris sit, cogitate, aptum terre nomen quod sit'. Qui mox quasi ex divino commoniti oraculo: 'Et unde', inquiunt, 'melius vel aptius nomen inveniemus, quam, quia tu, o pater, diceris Boemus, dicatur et terra Boemia?'⁶ Tunc senior motus sociorum augurio, cepit terram osculari pre gaudio gaudens eam ex suo nomine nuncupari; et surgens ac utrasque palmas tendens ad sydera⁷ sic orsus^g est loqui^h: 'Salve⁸, terra fatalis, mille votis quesita nobisⁱ, olim diluvii tempore viduata homine, nunc quasi monumenta hominum nos conserva incolomes et multiplices nostram sobolem a progenie in progenies'⁹.

III. Quorum autem morum, quam honestorum vel quante simplicitatis et quam ammirande probitatis tunc temporis fuerint homines quamque inter se fideles et

30 a) Egram A 4^a. C 1^b. 2^b; Egram, korr. Ogram, A 3^a; Ogram, korr. Egram, C 3; Ogram A 4. b) so A 1; -vam A 2^{a*}; Wiltavam A 1^a öfter; Wltawiam C 2^b; Vulcauam A 4^a immer; Wlitaum die übrigen. c) gaudebant, korr. -bat, A 1. d) dolores A 2^a. e) hec est illa fehlt das zweitemal A 2^b. 3. C 1^b. 2^b; von 2. Hd. nachgetragen A 2^a; hec est das zweitemal durchstrichen C 3. f) quia — oberit fehlt A 3. 35 g) ortus A 1; ortus, korr. orsus, A 2^a. h) eloqui A 3. i) a nobis C 1^a.

1) Den Namen hält W. Friedrich a. a. O. S. 108, N. 1 für deutsch. 2) Verg. Aen. IV, 598: quem secum patrios aiunt portare penates; vgl. auch I, 68; Ovid. Met. III, 539. 3) Verg. Aen. I, 198: O socii . . . o passi graviora; vgl. auch Horat. Carm. I, 7, 30. 4) Verg. Aen. VI, 465: siste gradum. 5) Deut. 6, 3: sicut pollicitus est dominus Deus patrum tuorum tibi terram lacte et melle manantem; 34, 4: haec est terra, pro qua iuravi Abraham . . . dicens: semini tuo dabo eam; vgl. auch Ovid. Met. I, 111. 6) Verg. Aen. I, 276: Romulus excipiet gentem . . Romanosque suo de nomine dicet. — Die verschiedenen Namensformen s. bei Friedrich a. a. O. S. 71, N. 1. 7) Verg. Aen. I, 93: duplices tendens ad sidera palmas talia voce refert; vgl. auch V, 256. 8) Verg. Aen. VII, 120: Salve, fatis mihi debita tellus. 9) Luc. 1, 50: a p. i. p.

K. 33, 37. in^a semetipsos misericordes, cuius etiam modestie, sobrietatis, continentie, si quis his modernis hominibus valde contraria imitantibus pleno ore narrare temptaverit, in magnum deveniret^b fastidium. Propterea hec pretermittimus et pauca ac que sunt vera illius prime etatis de qualitate dicere cupimus. Felix¹ nimium erat etas illa, modico contenta sumptu nec tumido inflata fastu^c. Cereris et Bachi munera haud norant, quia neque erant. Sera prandia solvebant glande vel ferina carne. Incorrupti^d latices haustus dabant salubres. Ut solis splendor vel aque humor, sic arva et nemora, quin etiam et ipsa conubia erant illis communia. Nam more pecudum singulas ad noctes novos^e probant^f himineos^g et surgente aurora trium gratiarum copulam et ferrea^h amoris rumpuntⁱ vincula; et ubi nox quemque occuparat^k, ibi fusus per herbam² frondose arboris sub umbra dulces carpebat somnos^{d. 3}. Lane vel lini eis usus ac vestis ignotus^l, hieme ferinis aut ovinis pellibus utuntur^{m. 4} pro vestibus. Nec quisquamⁿ 'meum' dicere norat^o, sed ad instar monastice vite, quicquid habebant, 'nostrum' ore, corde et opere sonabant. Ad^p stabula non erant repagula, nec portam inopi claudebant, quia neque fur neque latro neque inops quisquam erat; nullum scelus apud eos furto gravius⁵ et latrocinio. Nullius gentis^q arma videre, tantummodo sagittas, et has propter feriendas feras, habuere^p. Quid plura? Proh dolor! Prospera in contraria, communia in

I, 3 (A. B. C). — a) inter A 1. b) deveniet *übergeschrieben* C 3. c) festu, korr. fastu, A 1; faustu, korr. fastu, A 2^a. d) incorrupte A 3; incorr. — somnos fehlt A 1^a. e) novas, korr. von 2. Hd. -os, A 1. f) *lieu**bant* A 1 (möglichlicherweise stand in der Vorlage ineunt mit undeutlichem e über ursprünglichem Pbant, doch sind Spuren von P in A 1 nicht sichtbar); **ineunt (von 1. Hd. aus nicht mehr erkennbarem Worte — probant unwahrscheinlich — korr.) A 2^a; ineunt A 2^b*; probant ineunt A 3; promebant A 4. 4^a. g) so B; imineos, *übergeschrieben* himeneos, A 1; ymneos, korr. ymeneos, A 2^a; ymin. A 2^b; hymin. A 3; humneos, korr. himen., C 1^b; uniones C 2^a; homines durchstrichen, daneben humineos, C 2^b; hymenaeos C 3; hymeneos (A 4)*. h) secreta A 2^a*. i) rumpebant (A 4). k) occupararat, korr. occuparat, A 2^a; occupaverat A 2^b. 3. l) usus actui ign. A 2^a. m) utebantur A 4. 4^a. n) quiquam A 1. o) norant A 3. p) Ad — habuere fehlt A 1^a. q) gentis, am Rande von 2. Hd. generis, A 3^b, generis *Freh.*

1) *Boeth. Cons. phil. II, metr. 5*: Felix nimium prior aetas contenta fidelibus arvis . . . facili quae sera solebat ieiunia solvere glande, non Bacchica munera norat . . . somnos dabat herba salubres, potum quoque lubricus amnis, umbras . . . 2) *Verg. Aen. I, 214*: fusique per herbam. 3) *Verg. Aen. IV, 555*: carpebat somnos rebus iam rite paratis. 4) *Ähnlich sagt Justin II, 2, 9 (darnach Regino a. a. O. S. 132) von den Skythen*: Lanae his usus ac vestium ignotus (et) quamquam continuis frigoribus urantur (afficiantur), pellibus tamen (tantum) ferinis ac murinis utuntur (induuntur). 5) *Vgl. Justin II, 2, 6 (= Regino a. a. O. S. 131)*.

propria cedunt; securam paupertatem olim amabilem K. 34, 15.
 quasi cenosam rotam vitant et fugiunt, quia amor¹ habendi
 seuior ignibus Ethne in omnibus ardet. His ac talibus ma-
 lis emergentibus de die in diem peius et peius iniuriam,
 5 quam nemo prius inferre norat, alter ab altero sibi illa-
 tam pacienter sufferebat et, cui querimoniam suam ap-
 ploraret^a, iudicem nec principem² habebat. Post hec, qui-
 cumque in sua tribu vel generatione persona, moribus
 potior et opibus honoratior habebatur, sine exactore,
 10 sine sigillo, spontanea voluntate ad illum confluebant et
 de^b dubiis causis ac sibi illatis iniuriis salva libertate dis-
 putabant. Inter quos vir quidam oriundus extitit nomine
 Crocco^{c.3}, ex cuius vocabulo castrum iam arboribus ob-
 situm in silva, que adiacet pago Ztibecne^d, situm esse
 15 dinoscitur. Vir fuit hic in suis generationibus⁴ ad unguem⁵
 perfectus, rerum^e secularium opulentia peditus^e, iudi-
 ciorum in deliberatione discretus, ad quem tam de pro-
 priis tribubus quam ex totius provincie plebibus, velut
 apes ad alvearia, ita omnes ad dirimenda convolabant^f
 20 iudicia. Hic tantus vir ac talis expers virilis fuit pro-
 lis; genuit tamen tres natas, quibus natura non minores,
 quam solet viris, sapientie dedit divicias.

IV. Quarum maior natu nuncupata est Kazi, que Medee

25 a) applorarat A 1. b) de von 2. Hd. über der Zeile nachgetragen A 1.
 c) Crecko A 3; Croh B. d) so B; Ztibene A 1. (4); Ztibene C 1. 2^a (am Rande
 Stebno). C 3; Zcibene A 4^a; Stibene A 1^a; Stibrene A 2^{a*}; Stybeczne A 2^b; Zthecne
 A 3 (h in b korr. 3^a); Stebne C 2^b. e) rer. — peditus fehlt A 4. 4^a. f) con-
 volant A 3.

1) *Boeth. Cons. phil. II, metr. 5, 25*: sed saevior ignibus Aetnae
 30 fervens amor ardet habendi. 2) *Act. ap. 7, 27*: qui autem iniuriam
 faciebat proximo, repulit eum dicens: quis te constituit principem et
 iudicem super nos? *Vgl. auch Iud. 17, 6.* 3) *K. Kramář, Die*
Ankunft der Germanen, Litauer und Slawen aus der Urheimat am
Altai (Budweis 1916) S. 136 ff., ist der Ansicht, daß die Namen Krok,
 35 *Kazi, Teta, Libûsa, trotz des scheinbar slawischen Klanges zweier von*
ihnen (krok = Schritt, teta = Tante), 'dem slawischen Stamme der
Čechen fremd waren'. Er weist sie 'der lesgho-aramäischen Familie'
zu und zwar 'am ehesten jener Gruppe, die . . . wir als achäisch zu-
sammengefaßt haben'. Dasselbe dürfe dann auch von den in Herzog
 40 *Kroks Familie auftretenden Namen angenommen werden. 'Der letztere*
wird ein Bojer oder Markomanne gewesen sein; bei der letzteren Nation
ist allerdings nicht an die arischen Germanen zu denken.' Leider lassen
diese Bemerkungen an Deutlichkeit sehr zu wünschen übrig. Wegen
Krok vgl. noch ebenda S. 142, N. 2 und 4. — Als eine von Cosmas
 45 *rein erdichtete Persönlichkeit sieht Krok an A. Brückner, Beiträge zur*
ältesten Geschichte der Slawen und Litauer, in: Archiv f. slawische
Philologie XXIII (Wien 1901), 221. 4) Gen. 6, 9: Noe vir iustus
atque perfectus fuit in generationibus suis. 5) Siehe S. 2, N. 3.

K. 34, 30. Cholchice^a herbis et carmine^b nec Peonio^{c. 1} magistro arte medicinali cessit, quia sepe Parcas cessare interterminali^d ab opere Ipsaque fata sequi fecit sua carmine iussa.

Unde et incole huius terre, quando aliquid est perditum et quod se posse rehabere^e desperant, tale proverbium de ea ferunt: 'Illud nec ipsa potest recuperare^f Kazi.'

Ad Cereris natam hec est ubi rapta^g tyrannam, eius usque hodie cernitur tumulus, ab incolis^h terre ob memoriam sue domne nimis alte congestus, super ripam fluminis Mseⁱ iuxta viam, qua itur in partes provincie^k Behin^l, per montem qui dicitur Osseca^{m. 2}.

Laude fuit digna, sed natu Tethkaⁿ secunda, Expers et maris^o, emuncte femina naris³, que ex suo nomine Tethin^p castrum natura loci firmissimum prerupte rupis in culmine iuxta fluvium Msam^q edificavit. Hec⁴ stulto et insipienti populo Oreadas^r, Driadas^s, Amadriadas^t adorare et colere et omnem supersticiosam sectam ac sacrilegos ritus^u instituit et docuit; sicut actenus multi villani velut pagani, hic latices seu ignes colit, iste lucos^v et arbores aut lapides adorat, ille montibus sive^w collibus litat, alius, que ipse fecit, idola surda et muta rogat et orat, ut domum suam et se ipsum regant.

I, 4 (A. B. C.). — a) Cholchice B; Colchice C; Coichice A 3. b) gmine A 3a; gmine A 3b. c) ponio A 3; preconio C 1b und am Rande von 2. Hd. A 1; promo C 2a. d) interiminali Freh. e) habere A 2. f) rehabere A 2. g) raptam A 1. h) ab accolis A 3a; ab colis A 3b. i) Mzye A 2b auf Rasur; Mzie C 1a öfter; Mze C 1b fast immer; Msse C 2b fast immer; Alsa (A 4). k) fehlt A 2. l) so A 1. 3. B; Behin die übrigen. m) Ossieka C 1a. n) Thetka A 1a. 2b; Thechka A 4a; Tetka A 2a*; Tetka C 1. 2b; Tetnka A 3; Tetha B; dadurch berichtigt sich die Bemerkung von Novotný Č. D. I, 1, 246, N. 1, als ob die Form Tetka oder wenigstens eine mit der Endung -ka alle Cosmas-Hss. hätten und die Form Teta erst in den Ann. Grad. et Oppatov. erschiene. o) maris ac A 2b. B. C. p) so A 2a. 4. B. C 1a; Thethin A 1; Thetin A 1a. 3. C 1b. 2a. 3; Thetyn A 2b. C 2b; Thechin A 4a. q) Mzye A 2b auf Rasur; Osam (A 4). r) oriadas A 3. s) fehlt A 1. 3. t) fehlt A 3; am Rande von später Hd.: drias, i. e. arbores; amadriadas, i. e. dee arbores A 1. u) risus, korr. usus, A 1. v) locus, von 2. Hd. übergeschrieben lucos, A 1. w) et A 2. C 2b.

1) Ov. Met. XV, 535: (vitam) fontibus herbis atque ope Paeonia (= Aesculapii) ... recepi; vgl. Verg. Aen. VII, 769: Paeoniis revocatum herbis. 2) Über die Lage dieses Berges, der zwischen Moldau und Beraun, südl. von Königssaal, zu suchen ist, dann den Grabhügel der K. und die Burg T. vgl. V. Tille im Český čas. hist. XXI (1915), 380, A. Sedláček ebenda XXIV (1919), 263, J. Axamit in den Památky archaeol. XXIX (1917), 157 und J. Jíra im Čas. společn. přátel starož. XXVI (1918), 60; auch W. Friedrich S. 116. 3) Horat. Sat. I, 4, 8: emunctae n. 4) Der ganze folgende Satz zeigt deutliche Anlehnung, von hic latices an mehrfach wörtliche Übereinstimmung mit Sedul. Carm. pasch. I, 259, worauf zuerst M. Manitius, Zu Cosmas von Prag, in: Mitteil. d. Inst. f. österreich. Geschichtsforschung VIII (1887), 479, hingewiesen hat. Vgl. auch M. Dvořák, Versus de passione s. Adalberti a Kosmovy zprávy o českém pohanství [V. d. p. s. A. und die Nachrichten über das Heidentum der Tschechen bei Cosmas], in: Český čas. hist. VII (1901), 448.

Tercia natu^a minor, sed prudentia maior, vocitata K. 35, 4.
 est Lubossa^b, que etiam urbem tunc potentissimam iuxta
 silvam, que tendit ad pagum Ztibecnam^c, construxit et
 ex suo nomine eam^d Lubossin^{e.1} vocitavit. Hec fuit inter
 5 feminas una^f prorsus femina^g in consilio provida, in
 sermone strenua, corpore casta, moribus proba, ad
 dirimenda populi iudicia nulli secunda, omnibus affabilis,
 sed plus amabilis, feminei sexus decus et gloria, dic-
 tans negocia providenter virilia. Sed quia nemo ex omni
 10 parte beatus², talis ac tante laudis femina — heu dira con-
 ditio humana — fuit phitonissa. Et^h quia populo multa
 et certa predixit futura, omnis illa gens commune con-
 silium iniens patris eius post necem hanc sibi prefecit
 in iudicem^h. Eaⁱ tempestate inter duos cives, opibus et
 15 genere eminentiores et qui videbantur populi esse rectores,
 orta est non modica litigio agri contigui de termino^{k.3}.
 Qui in tantum proruperunt in mutuam rixam, ut alter
 alterius spissam unguibus volaret in barbam^l, et nudis
 conviciis semet ipsos turpiter digito sub nasum confundentes
 20 intrant bachantes curiam ac non sine magno strepitu
 adeunt domnam et, ut ratione iusticie dubiam inter
 eos dirimat^m causam, suppliciter rogant. Illa interim, ut
 est lasciva mollicies mulierum, quando non habet quem
 timeat virum, cubito subnixa⁴ ceu puerum enixa, alte
 25 in pictis stratisⁿ nimis molliter accubabat. Cumque^o per

a) fehlt A 3. b) Lybussie (-sa) A 2^b öfter; Libussie C 1^a öfter; Libusse am
 Rande C 1^b öfter. c) so B; Ztybecznam A 2^b; Ztibecznam C 1^a; Ztibecinam
 A 1. 1^a. C 2. 3; Zclbecinam A 4^a; Zltbecinam A 4; Ztebczinam C 1^b; Ztbecnam A 3;
 Stebecnam A 2^{a*}. d) fehlt A 2. e) Lubosin A 1; Lybussyn A 2^b; Libossin C 1^a;
 30 Libussin C 1^b; Lubossam A (4). 4^a. f) mira (A 4). g) fem. et in cons. A 2.
 h) Et — in iudicem fehlt A 3. i) et auf der Zeile getilgt, ea von 2. Hd. über-
 geschrieben, A 1. k) continui de terminio A 2. l) vol. in barb., korr. violaret
 barbam, C 3. m) diremit, korr. dirimat, A 2^a. n) thoris A 2; vgl. Verg. Aen. I, 708.
 o) cum A 2.

35 1) Ein heute noch bestehender Ort Libuschin (Libošin) im Ger-
 Bez. Schlan, mit dem, bzw. dessen nahegelegenen Burgresten Palacky u. a.
 diese urbs identifizieren wollten, wird erst in falschen Urkunden saec.
 XII—XIII. genannt; vgl. Cod. dipl. regni Bohemiae I. (ed. G. Friedrich,
 Prag 1904—1907) Index. — Über die Ausgrabungen daselbst vgl. F. Velc,
 40 Soupis památek hist. a uměl. v Král. Českem. Polit. okres Slanský
 [Topographie der hist. und Kunst-Denkmäler im Königreich Böhmen.
 Polit. Bezirk Schlan], Prag 1904, S. 115; W. Friedrich a. a. O. S. 107.
 2) Horat. Carm. II, 16, 27: nihil est ab omni p. beatum. 3) F. Vacek,
 Die böhm. Sagen S. 14 verweist auf eine ziemlich äußerliche Parallelstelle
 45 in der Vita s. Medardi (Surius z. 8. Juni, VI, 205 der Turiner Ausgabe
 v. J. 1877), Kap. 7: accidit . . . non modica quaedam altercatio de
 terminis videlicet agrorum . . . ut huiusmodi rusticis moris est, pene
 iam ad arma usque invicem exprobrando processerant. 4) Manitius
 a. a. O. S. 481; vgl. [Verg.] Ciris 338.

K. 35, 19. callem iusticie¹ incedens^a, personam hominum non respiciens
 tocius controversie inter eos orte causam ad statum
 rectitudinis perduceret, tunc is, cuius causa in iudicio
 non obtinuit palmam, plus iusto indignatus terque^b quater- 5
 que caput concussit² et more suo terram ter baculo per-
 cussit ac barbam pleno ore saliva conspergens^c exclamat^d:
 'O iniuria viris haud toleranda! Femina rimosa virilia
 iudicia mente tractat dolosa. Scimus profecto, quia
 femina sive stans^e seu in solio residens^f parum sapit^g,
 quanto minus^h, cum in stratis accubat? Re vera tunc magis 10
 est ad accessum mariti apta quam dictare militibus iura.
 Certum est enim longos esse crines³ omnibus, sed breves
 sensus mulieribus. Satius est mori⁴, quam viris talia
 pati. Nos solos obprobrium nationibus et gentibus desti- 15
 tuit natura, quibus deest rector et virilis censura, et
 quos premunt feminea iura'. Ad hec dominaⁱ illatam sibi
 contumeliam dissimulans et dolorem cordis femineo pudore
 celans subrisit et 'Ita est', inquit, 'ut ais; femina sum,
 femina vivo, sed ideo parum vobis sapere^k videor, quia
 vos non in virga ferrea⁵ iudico, et^l quoniam sine timore¹ 20
 vivitis, merito me despicitis. Nam ubi est^m timor⁶, ibi
 honorⁿ. Nunc autem necesse est valde, ut habeatis recto-
 rem femina ferociorem^o. Sic et columbe⁷ olim albiculum
 milvum, quem^p sibi elegerant in regem, spreverunt, ut vos
 me spernitis, et accipitrem multo ferociorem^q sibi ducem 25
 prefecerunt, qui fingens culpas tam nocentes quam inno-
 centes cepit necare; et ex tunc usque hodie vescitur
 columbis accipiter. Ite nunc domum, ut quem vos cras
 eligatis in dominum, ego assumam mihi^r in maritum'.
 Interea predictas advocat sorores, quas non in pares 30
 agitabant furores^s, quarum magica arte et propria ludi-
 ficabat populum per omnia; ipsa enim Lubossa fuit, sic-

a) indecens, *korr.* von 2. *Hd.* incedens, A 3. b) ter A 2^b. 3. B. c) con-
 spuens A 2; aspergens A 3. d) exclamavit A 2*. e) stat A 3; stans sive in consilio
 sive in solio C 3 und von 2. *Hd.* am Rande C 1^b. f) residens, *korr.* resideat, A 3^a. 35
 g) licet parum sapiat A 3. (4). 4^a. h) magis B; plus C 2^b. i) domina
 Lubossa A 3. k) sap. vob. A 2. B. C 1. 2^a. 3*. l) sed qu. s. dolore et timore A 3.
 m) timor est A 2*. n) et hon. A 2. 3*; est hon. A (4). 4^a. C 2^a. o) fortio-
 rem A 2. C 2^b*. p) que A 1. q) fortio- rem A 2. B*. r) fehlt A 2. 3. s) sorores,
korr. furores, A 1: furores auf Ras. A 2^b. 40

1) *Prov.* 2, 20: calles iustorum custodias. 2) *Ovid. Met.* II, 49:
 terque quaterque concutiens illustre caput; *vgl. auch* I, 179. 3) *Vgl.*
Grimm, Wörterbuch IV, 2, Sp. 9. 4) *Terent. Eun.* IV, 7, 2: mori me
 satius est; *vgl. oben* S. 3, N. 2. 5) *Ps.* 2, 9: reges eos in virga ferrea.
 6) *Vgl. Rom.* 13, 7: reddite ergo omnibus debita ... cui timorem, timo- 45
 rem; cui honorem, honorem; *Mal.* 1, 6: si ergo Pater ego sum, ubi est
 honor meus, et si Dominus ego sum, ubi est timor meus. 7) *Vgl.*
Phaedr. I, 31.

ut prediximus, phitonissa, ut Chumea^a Sibilla^b, altera K. 35, 39.
 venefica, ut Colchis^c Medea, tertia malefica, ut Aeaetae
 Circes^{d.1}. Illa nocte quid consilii inierint^e ille tres Eume-
 nides^f aut quid secreti egerint, quamvis ignotum fuerit,
 5 tamen omnibus luce clarius mane patuit, cum soror earum
 Lubossa et locum, ubi dux futurus^g latuit, et quis esset
 nomine indicavit. Quis enim crederet, quod de aratro
 sibi ducem prerogarent? Aut quis sciret, ubi araret, qui
 rector populi fieret? Quid enim phitonicus furor nescit?
 10 Aut quid est, quod magica ars non efficit? Potuit Sibilla
 Romano populo seriem fatorum fere usque in diem iudicii
 predicere, que etiam, si fas est credere², de Christo
 vaticinata est, sicut quidam doctor³ in sermone sue predi-
 cationis versus Virgilii^{h.4} ex persona Sibille de adventu
 15 Domini compositos introducitⁱ. Potuit Medea herbis^k et
 carmine sepe e celo Hyperionem^l et Berecinthiam^m dedu-
 cere⁵; potuit ymbres, fulgura etⁿ tonitrua elicere^o de
 nubibus; potuit regem Egacum^{p.6} de sene facere iuvenem.
 Carmine Circes^q socii Ulixes^r conversi sunt⁵ in diver-
 20 sas ferarum formas et rex Picus⁷ in volucrem, que^s
 nunc dicitur picus. Quid mirum? Quanta egerunt artibus
 suis magi in Egypto^t, qui pene totidem mira carminibus
 suis fecerunt, quot Dei famulus Moyses ex virtute Dei^u
 exhibuisse perhibetur. Hactenus hec⁸.

25 a) Chūmea A 3^a; Chōmea A 3^b; Cumaea (A 4); Cumea C 3; cū ea, am Rand
 von 2. Hd. Chumea, A 1. b) sybilla A 2^a. 3* immer; sibylla (A 4). C 3. c) Cholchis
 A 4^a*; Cholhis A 2^a; Cholcis B; Choichis A 3 (korr. cholchis A 3^b); chochis, von später
 Hd. verbessert chochis, A 1; chochis C 1^b. 2; cochis, korr. colchis, C 1^a. d) vor
 aetaetae am Schluß der Zeile sechsmal æ A 1; Aea Circe (A 4); circes (s getilgt) C 3.
 30 e) inierint A 1; inierit A 2^a; inierunt A 4^a. C 2^b. f) chumenides B. g) fehlt B.
 h) Virgili A 1; uigilii C 1^a. 2^b. i) introduxit A 4^a, korr. introducit, C 1^b. 3.
 k) cibus C 3. l) yporionem A 2^a; hypor. A 2^b; yper. A 1^a. 4^a. m) so A 2^b. B; Bere-
 cynthiam A 4; Berecintiam A 3; Herecynth., korr. Berec., C 3; Herecy(i)nthiam die
 übrigen. n) fehlt A 2^a. o) ducere A 3. p) Eiacum*; Egacum, korr. Eiacum, A 2^a;
 35 regem Esonem patrem Iasonis A 4^a. q) Cyrces A 1. 4^a; cirnes, korr. cirnis, A 3^b.
 r) Ulixis A 3. B*; Ulyxis (A 4). s) qui A 3. t) Egipto A 1^a. 2^a (Aeg-*) . 3^a. 4^a. C 1^b. 2^a;
 Egypti B. u) ex D. virt. Moyses A 3; exvirtute, korr. ex virt., A 1.

1) Ovid. Met. IV, 205: Aeaetae genetrix pulcherrima Circes.
 2) Vgl. Stat. Theb. II, 595; Prudent. Contra Symm. I, 351: si f. e. cre-
 40 dere. 3) C 3 und Gessin. verweisen auf Eusebius, Constantini oratio
 ad sanctorum coetum (Migne, Patrol. lat. VIII, 456; Griech. christl.
 Schriftsteller VII, S. XCVI, 182), Köpke auf Augustinus, Epist. ad
 Rom. expos. (Migne XXXV, 2089). 4) Ecl. IV, 4—10: Ultima
 45 Cumaei venit iam carminis aetas, — magnus ab integro saeculorum
 nascitur ordo, — iam redit et Virgo, redeunt Saturnia regna, — iam
 nova progenies caelo demittitur alto. — tu modo nascenti puero quo
 ferrea primum — desinet ac toto surget gens aurea mundo, — casta
 fave Lucina: tuus iam regnat Apollo. 5) Verg. Ecl. VIII, 69, 70:
 carmina vel caelo possunt deducere Lunam, — carminibus Circe socios
 50 mutavit Ulixi. 6) Aesonem; Ovid. Met. VII, 159 ff. 7) Verg. Aen.
 VII, 189 ff.: Picus, equum domitor, quem ... fecit avem Circe; vgl.
 auch Ovid. Met. XIV, 320 ff. 8) Horat. Sat. I, 4, 63: hactenus haec.

K. 36, 15.

V. Postera die, ut iussum fuerat, sine mora convocant^a cetum, congregant^a populum; conveniunt simul omnes in unum, femina^b residens in sublimi solio concionatur ad agrestes viros^c: 'O plebs miseranda nimis, que libera vivere nescit, et quam nemo bonus nisi cum vita amit-⁵ tit¹, illam vos non inviti^d libertatem fugitis et insuete servituti colla sponte submittitis. Heu tarde frustra vos penitebit, sicut ranas² penituit^e, cum ydrus, quem sibi fecerant regem, eas necare cepit. Aut si nescitis, que sint^f iura ducis,

temptabo vobis ea verbis dicere paucis.

Inprimis facile est ducem ponere, sed difficile est positum deponere; nam qui modo est sub vestra potestate, utrum eum constituatis ducem an non, postquam vero constitutus fuerit, vos et omnia vestra erunt eius in potestate. Huius in¹⁵ conspectu vestra febricitabunt^g genua, et muta sicco palato adherebit lingua³. Ad cuius vocem pre nimio pavore vix respondebitis: "Ita domine, ita domine"^h, cum ipseⁱ solo suo nutu sine vestro preiudicio hunc dampnabit et hunc obtruncabit, istum in carcerem mitti, illum precipiet in pati-²⁰ bulo suspendi. Vos⁴ ipsos^k et ex vobis, quos sibi libet, alios servos, alios rusticos, alios tributarios, alios exactores, alios tortores, alios^l precones, alios cocos seu pistorum^m aut molendinarios faciet. Constituet etiam sibi tribunos, centuriones, villicos, cultores vinearum simul²⁵ et agrorum, messorum segetum, fabros armorum, sutores pellium diversarum et coriorum. Filios vestros et filias in obsequiis suis ponet; de bubus etiam et equis sive equabus seu peccoribus vestris optima queque ad suum placitumⁿ tollet^k. Omnia vestra, que sunt potiora^o in³⁰ villis, in campis, in agris, in pratis, in vineis, auferet et in usus suos rediget. Quid multis moror? Aut ad^p quid hec, quasi vos ut^q terream, loquor? Si persistitis

I, 5 (A. B. C). — a) convocat . . . congregat B. C. b) fem. Lubossa A 3. c) viros dicens A 3. d) inunti (mit Strichelchen über n) A 1. e) pen. ran. C 1a*; sicut r. p. fehlt A (4). 4a. f) sunt A 2a. 4a. C 1a. g) febricitata habet A 1 (am Rande von 2. Hd.: febricitabunt). A 1a. 2 (korr. febricitabunt). 4a; febricitata labentur (A 4). h) das zweite ita dom. fehlt A 2. i) fehlt A 3. k) fehlt A 2a; vos ipsos — tollet fehlt A 1a. l) fehlt A 3. m) piscatores A 3. n) palacium A 1; palat. A 2a*; pallac. A 2b; vgl. Du Cange V, 281, Sp. 3. o) vestra queque pecora sunt A 3. p) fehlt B; ad quid ad hec A 1. q) fehlt A 2a. C 3. 35
40

1) Sall. Cat. 33, 4: libertatem, quam nemo bonus nisi cum anima simul amittit. 2) Vgl. Phaedr. I, 2. 3) Ezech. 3, 26: Et linguam tuam adhaerere faciam palato tuo; Thre. 4, 4: Adhaesit lingua lactentis ad palatum eius in siti. 4) Zum folgenden (bis rediget Z. 32) vgl. I. Reg. 8, worauf J. P. Czumpelik, Eine Anmerkung zur Kritik des Cosmas, in: Mitteil. d. Vereines f. Geschichte d. Deutschen in Böhmen LII (1914), 358—364, besonders hinwies; vorher schon Regel a. a. O. S. 19 u. a. 45

in^a incepto et non fallitis voto, iam vobis et nomen ducis K. 36, 34.
 et locum ubi est indicabo'. Ad hec vulgus ignobile¹ con-
 fuso exultat^b clamore; omnes uno ore ducem sibi po-
 scunt dari. Quibus illa: 'En', inquit, 'en ultra illos montes'
 5 — et monstravit digito montes — 'est^c fluvius non adeo
 magnus nomine Belina^d, cuius super ripam dinoscitur
 esse^e villa, nomine Ztadici^{f.2}. Huius in territorio est no-
 vale unum in longitudine et in latitudine^g XII^h passuum,
 quod mirum in modum, cum sit inter tot agros in medio
 10 positum, ad nullum tamen pertinet agrum. Ibi dux vester
 duobus variis bubus arat; unus bos precinctus est albedine
 et albo capite, alterⁱ a fronte post tergum^k albus et
 pedes posteriores habens albos. Nunc^l, si vobis placet,
 meum accipite thalitarium^m et clamidem ac mutatoria
 15 duce digna et pergite ac mandata populi atque mea
 referte viro et adducite vobis ducem et mihi maritum. Viro
 nomen estⁿ Primizl^o, qui super colla et capita vestra iura
 excogitabit plura; nam hoc nomen latine sonat premedi-
 tans vel superexcogitans. Huius proles postera^p hac^q
 20 in omni terra in eternum regnabit^r et ultra³.

VI. Interea destinantur, qui iussa domne et plebis ad
 virum perferant nuncii; quos ut vidit domna quasi inscios
 de via cunctari: 'Quid', inquit, 'cunctamini? Ite securi,
 meum equum sequimini, ipse vos ducet^a recta via et
 25 reducet⁴, quia ab illo non semel illa via est trita'.

Vana volat fama⁵, nec non et^b opinio falsa,
 quod ipsa domna equitatu phantasmatico^c semper in noctis

a) fehlt A 3. b) exaltante A 3. c) ubi BC. d) Belena A 4. 4^a; Bye-
 30 lina A 2^b; Biel. C 1^b; Ryel. C 2^b. e) fehlt A 3. f) Ztadiczi A 1. (4). 4^a; Zta-
 dice C 3; Stadici A 2^a. C 2^{*}; Stadice C 1^b; Stadycie A 2^b. g) et in lat. fehlt A 3;
 in fehlt C 3. h) duodecim C 1^b. 2; XXII (22) A 2^a*. i) et alter A 2^a. k) tegr̃
 A 1. l) hunc C 1^b. 2. m) thalith. A 3^b; talith. A 3^a. B; talit. A 1^a;
 thalarium A 2^a*; talitarium, korr. thalarium, C 3. n) fehlt A 2. o) Premizl
 35 A 1^a. B* fast immer, A 2^a oft; Pr̃emizl C 3 öfter; Przyemisl A 2^b fast immer;
 Prziemysl C 1^a. 2^a öfter; Przemysl C 1^b fast immer; bald Primysl, bald Przi(y)-
 my(i)sl C 2^b. p) postea (A 4). C 3. q) hęc A 1. r) fehlt A 2.

I, 6 (A. B. C). — a) adducet A 2; deducet A 3. b) fehlt A 3. c) fant.
 A 1. 1^a. 3. C 1. 2^b.

1) Verg. Aen. I, 149: ign. volgus. 2) Wie die gesamte von Cosmas
 40 überlieferte Sage hat auch die im besonderen auf Staditz (Ger.-Bez.
 Aussig) bezügliche und was damit im Zusammenhang steht, ihre ent-
 schiedenen Leugner, als deren Wortführer wiederum A. Brückner und
 V. Tille gelten, sowie ihre Verteidiger, in erster Linie V. Novotný; ihm
 schließt sich A. Urbánek an, der in einem längeren Aufsatz: K české
 45 pověsti královské [Zur böhmischen Königssage] in: Časopis spol. přátel
 starožitnosti českých v Praze, XXIII (1915), 5 ff. die hierüber geäußerten
 älteren und neueren Ansichten einer eingehenden Untersuchung unterzieht.
 3) Ex. 15, 18: Dominus regnabit in aeternum et ultra. 4) I. Reg. 2, 6:
 Dominus ... deducit ad inferos et reducit; vgl. Tob. 5, 15; 12, 3; Sap. 16, 13.
 50 5) Verg. Aen. III, 121; VII, 392; VIII, 554: fama volat.

K. 37, 7. conticinio solita sit ire illo et redire pre gallicinio, quod Iudeus^a credat Apella¹. Quid tum^b? Procedunt nuncii sapienter indocti, vadunt scienter nescii² vestigia sequentes equi. Iamque montes transierant, iam^c iamque appropinquabant ville, ad quam ibant^c, tum^d illis 5 puer unus obviam currit, quem interrogantes aiunt^e: 'Heus bone indolis puer, estne villa ista nomine Ztadici^f aut si, est in illa vir nomine Primizl?' 'Ipsa est', inquit, 'quam queritis villa, et ecce vir Primizl prope in agro boves stimulat, ut quod agit cicius opus peragat'. Ad 10 quem nuncii accedentes inquirunt:

'Vir fortunate, dux nobis^g diis generate!'³

Et, sicut mos est rusticeis, non sufficit^h semel dixisse, sed inflata bucca ingeminant:

'Salve dux, salveⁱ, magna dignissime laude, 15 Solve boves, muta vestes, ascende caballum!'

Et^k monstrant vestes sternutantemque^l caballum^k.

'Domna nostra Lubossa et plebs universa mandat, ut cito venias et tibi ac tuis nepotibus fatale regnum accipias. Omnia nostra et nos ipsi in tua manu sumus⁴, te 20 ducem, te iudicem, te rectorem, te protectorem, te solum nobis in dominum eligimus'. Ad quam vocem vir prudens^m, quasi futurorum insciusⁿ, substitit et stimulum, quem manu gestabat, in terram fixit et solvens boves: 'Ite illuc, unde venistis!' dixit^o; qui statim cicius dicto 25 ab oculis evanuerunt⁵, et nusquam amplius comparuerunt. Corilus autem, quam humi fixit, tres altas propagines⁶ et, quod est mirabilius, cum foliis et nucibus produxit. Viri autem illi videntes hec talia ita^p fieri stabant obstupefacti. Quos ille grata vice hospitum invitat ad 30 prandium et de pera subere^q contexta excutit muscidum^r panem et formatici partem et ipsam peram in

a) so A 2^a. 3. C 3; Iudaeos (credat fehlt) A 4; uidens (mehr oder weniger deutlich) die übrigen. b) tamen (tam) A 2^a*; dum A 4; tunc C 2^a. c) iam — ibant fehlt A 2. d) dum (A 4); cum A 4^a. C 2^a; cum, korr. tunc, A 1^a; tunc A 3. 35 e) currit interr. aiunt ad illum A 3. f) Ztadiczi A 4^a; Ztadice C 3; Ztadici C 2^a; Stadici A 2^a. C 1^a. 2^b*; Stadice C 1^b und über der Zeile von 2. Hd. A 1; Stadyci A 2^b. g) fehlt A 3. h) sufficiunt A 1. i) salve dux A 3. k) et — caballum fehlt A 1. 3. 4^a; am Rand nachgetragen A 2^a. l) sternuntque A 2^a*. m) prudens Primizl A 3. n) pr(a)escius C 1^b und über der Zeile C 3; conscius Weinb. 40 o) inquit A 2^a. p) fehlt A 2^b. C 1^b; ibi A 2^a. q) subure A 3 immer. r) so (aus muscidum korr.) A 1. 2^a; muscidum vel muscidum A 4. 4^a; muscidum A 2^b. B. C 3*; muscidum getilgt, am Rande muscidum, C 1^a.

1) Horat. Sat. I, 5, 100: Iud. credat A. 2) Gregor. M., Dial. II, prol. (Migne LXVI, 126): recessit igitur sc. nescius et sapienter indoctus. 3) Verg. Aen. VI, 322: Anchisa generate, deum certissima proles. 4) Gen. 47, 25: Salus nostra in manu tua est. 5) Iud. 6, 21; Luc. 24, 31: evanuit ex oc. 6) Gen. 40, 10: in qua erant tres prop.

cespite pro mensa et super rude textum ponit et cetera. K. 37, 28.
 Interea dum^a prandium sumunt, dum aquam de amphora
 bibunt, due propagines sive virgulta duo aruerunt et
 ceciderunt, sed tertia multo alcius et laci^b accrescebat.
 5 Unde hospitibus maior excrevit ammiratio cum timore. Et
 ille: 'Quid ammiramini?' inquit. 'Sciatis, ex nostra progenie^c
 multos dominos nasci, sed unum semper dominari. At-
 qui si domina vestra non adeo de hac re^d festinaret, sed
 per^d modicum^e tempus currentia fata expectaret, ut pro
 10 me tam cito non mitteret^f, quot natos heriles natura
 proferret, tot dominos terra vestra haberet'.

VII. Post hec indutus veste principali et calciatus cal-
 ciamento regali acrem ascendit equum arator; tamen
 sue sortis non inmemor tollit secum suos coturnos ex
 15 omni parte subere consutos, quos fecit servari in poste-
 rum; et servantur Wissegrad^a in camera ducis usque
 hodie et in sempiternum¹. Factum est autem, dum per
 compendia viarum² irent nec tamen^b adhuc illi nuncii ceu
 ad novicium dominum familiariter loqui auderent, sed
 20 sicut columbe, si quando aliqua peregrina ad eas accedit,
 inprimis eam pavescunt et mox in ipso volatu eam assue-
 faciunt et^c eam quasi propriam faciunt^c et diligunt;
 sic illi cum fabularentur equitantes et sermocinationibus
 iter abbreviarent ac iocando per scurilia^d verba laborem
 25 fallerent, unus, qui erat audacior et lingua promptior:
 'O domine, dic', inquit, 'nobis, ad quid hos coturnos
 subere consutos et ad nihilum nisi ut proiciantur^e ap-
 tos nos servare fecisti; non satis possumus admirari'³.
 Quibus ille: 'Ad hec'^f, inquit, 'eos feci et faciam in
 30 evum servari, ut nostri posteri sciant, unde sint orti,
 et ut semper vivant pavidi et suspecti neu^g homines
 a Deo sibi commissos^h iniuste opprimant per superbiam,

a) dum pr. s. *fehlt* A 3. b) alt. et altius A 2. c) propagine A 2^a. d) *fehlt*
 A 3. e) modicum dum A 1; per m. t. *fehlt* (A 4). f) *timeret, korr. mitteret, A 1.*
 35 I, 7 (A. B. C). — a) Wissegrad A 3 (4) und fast immer A 1; Wissegrad A 2^a;
 Wissegrad A 2^b. C 2^b. b) *fehlt* A 3^a; non A 3^b. c) et — faciunt *fehlt* A 2^b. C 2;
 et eam tamquam pr. fac. am Rand nachgetragen A 2^a. d) scurr. A 3^a. e) pro-
 piciantur A 1. f) hoc A 2^a. 3*; hec, *korr. hoc, A 3^b*. g) *so B; neu, korr. ne,*
 A 1; nec A 2^a*; non (A 4); *ne die übrigen.* h) *deditos A 2^a*.

40 1) usque hodie und usque in semp. häufig in der Vulg. 2) IV. Reg.
 18, 23: per viam compendii. 3) Über die leider sehr restaurierte Ab-
 bildung der přemyslidischen Ahnenreihe in der Katharinenkapelle in
 Znaim, wo auch die Bastschuhe erscheinen, vgl. J. Peisker, Die älteren
 Beziehungen der Slawen zu Turkotataren und Germanen (Sonderabdruck
 45 aus der Vierteljahrsschrift f. Sozial- u. Wirtschaftsgeschichte III, 1905),
 S. 227 ff., Novotný Č. D. I, 1, 256 und V. Tille in: Český časopis hist. X
 (1904), 203, XXIII (1917), 387; auch A. Matějček in: Památky archaeol.
 XXVII (1915), 90 ff.

K. 38, 2. quia facti sumus omnes equales per naturam. Nunc autem et mihi liceat vos vicissim percontari^a, utrum magis laudabile est de paupertate ad dignitatem provehi an de dignitate in paupertatem redigi? Nimirum respondebitis^b mihi, melius esse provehi ad gloriam quam redigi ad inopiam. Atqui sunt nonnulli parentela geniti ex nobili, sed post ad turpem inopiam redacti et miseri facti; cum suos parentes¹ gloriosos fuisse et potentes aliis predicant, haud^c ignorant, quod semet ipsos inde plus confundunt et deturpant, cum ipsi per suam hoc amiserunt ignaviam, quod illi habuerunt per industriam. Nam fortuna semper hanc ludit aleam sua rota, ut nunc hos erigat ad summa, nunc illos mergat in infima^d. Unde fit, ut dignitas terrena, que erat aliquando ad gloriam, amissa sit ad ignominiam. At vero paupertas per virtutem victa non se celat sub pelle lupina, sed victorem suum tollit ad sydera, quem olim secum traxerat ad infera^e.

VIII. Postea vero quam iter emensi fuerant et iam iamque prope ad urbem venerant, obviam eis domna stipata suis satellitibus accelerat et inter se consertis dextris cum magna leticia tecta^a subeunt, thoris discumbunt, Cerere et Bacho corpora reficiunt, cetera noctis spacia Veneri et Himineo^b indulgent. Hic vir, qui vere ex virtutis merito dicendus est vir², hanc efferam gentem legibus frenavit et indomitum populum imperio domuit et servituti, qua nunc premitur, subiugavit atque omnia iura, quibus hec terra utitur et regitur, solus cum sola Lubossa dictavit.

IX. Inter hec primordia legum quadam die predicta domna phitone concitata presente viro suo Primizl et aliis senioribus populi^a astantibus sic est vaticinata^b:

‘Urbem conspicio, fama que sydera tanget³,
Est locus in silva, villa qui^c distat ab ista
Terdenis stadiis, quem Wlita^d terminat undis.

a) vos invicem percunctari A 3. b) respondentibus, *korr.* respondebitis, A 1; respondetis A 3; respondetis, *korr.* respondebitis, C 3. c) hoc *Weinb.* d) ad inf. A 4^a, C 3; ad in inf. (*mit getilgtem in*) A 1^a; ad in inf. (*mit getilgtem ad*) C 1^b. e) inferna A 1^a, C 1^b; infima A 2^b, C 1^a.

I, 8 (A. B. C). — a) lectum A 3. b) hym. A 3^a; im. A 1; hymenaeo (A 4). C 3; Himenaeo *; *fehlt mit leergelassenem Raum* A 2^b.

I, 9 (A. B. C). — a) populis A 1. b) vocitata A 3. c) qui, *korr.* que, A 3^b; que A 2^b, 3^a, B. C 1^b, 2^a. d) *so* A 1^a, 2^a; Wltawa A 2^b, C 2^b; uultaua C 2^a; Wltaua A 3^b; vulcaua A 4^a; Wltaua *die übrigen*.

1) *Vgl. Sall. Jug. 85, 21—23.* 2) *Vgl. Isidor Etym. XI, 274 (Migne LXXXII, 396): vir a virtute.* 3) *Sedul. Carm. pasch. IV, 56: vertice sydera tangit; vgl. auch Hor. Carm. I, 1, 36; Ov. Met. VII, 61; Verg. Aen. I, 287: famam qui terminet astris.*

Hunc^a ex parte aquilonali valde munit valle^b profunda K. 38, 25.
 rivulus Bruznica^c; at australi ex latere latus mons
 nimis petrosus, qui a petris dicitur Petrin^d, supereminet
 loca. Loci autem mons curvatur in modum delphini,
 5 marini porci, tendens usque in^e predictum amnem. Ad
 quem cum^f perveneritis, invenietis hominem in media^g
 silva limen domus operantem. Et quia ad humile limen
 etiam magni domini se inclinant, ex eventu rei^h urbem,
 quam edificabitis, vocabitis Pragam¹. Hac in urbe olim
 10 in futurum bine auree ascendent olive², que cacumine
 suo usque ad septimumⁱ penetrabunt celum³ et per
 totum mundum signis et miraculis coruscabunt. Has in
 hostiis et muneribus colent et adorabunt omnes tribus
 terre⁴ Boemie et^k nationes relique. Una ex his voca-
 15 bitur¹ Maior Gloria, altera^m Exercitus Consolatio^{n. 5}.

Plura locutura erat, si non fugisset^o spiritus pestilens
 et prophetans a plasmate Dei. Continuo itur in antiquam
 silvam⁶ et reperto dato signo in predicto loco urbem, to-
 cius Boemie domnam, edificant^p Pragam. Et quia ea
 20 tempestate virgines huius terre sine iugo pubescentes
 veluti Amazones⁷ militaria arma affectantes et sibi duc-
 trices facientes pari modo uti tirones militabant, vena-
 cionibus per silvas viriliter insistebant, non eas^q viri,

a) hanc A 3; nunc . . . munitur (A 4). b) fehlt B; valde C. c) Brus-
 25 nica A 1 (von 2. Hd. übergeschrieben: Bruska). A 2^a. C 2^{b*}; Bruznice A 3; Bruz(s)-
 inca C 1; Brusnyczka A 2^b öfter. d) Pætrin A 1; Petrin (-yn) A 2^b. C 1 öfter.
 C 2; Petrun (A 4); Petrunt A 4^a. e) ad A 2^a. B. f) dum A 3. g) medii
 A 1. 1^a. 4. 4^a. B; medii, korr. media, A 2. h) regi, korr. rei, A 1. 2^a. i) sem-
 piternum A 2^a. k) über der Zeile nachgetragen, vor Boem. getilgt A 2^a; fehlt *.
 30 l) fehlt A 3; vocabitur Wecezlaua latine B; am Rande ergänzen: wiceslaw A 1
 (Hd. des 15. Jh.), Waczlaw C 3. m) altera Thessiuoya latine B; Woy(g)tiech am
 Rande A 1. C 3. n) cons. exerc. B. o) fulsset A 1. (4). 4^a. C 2^a; fuisset, korr.
 fugisset, A 2^a. p) edificavit A (4). 4^a. B; preedificavit C 2^b. q) eos, korr. eas, A 1.

1) Im Tschechischen bedeutet práh (spr. prach) die Schwelle, auch
 35 Wasserschwelle. Praga heißt ein Stadtteil in Warschau, auch dort aus
 dem Wasserlauf erklärbar. Entschieden weist diese Erklärung zurück
 H. Jireček, Cosmas und seine Chronik S. 14, N. **, und gedenkt noch
 zweier gleichnamiger Orte, bei Chocim und dem podol. Kamenec. Ritter,
 Geogr.-stat. Lexikon nennt eine Gemeinde Prag in Bayern. G. Hey, Die
 40 slawischen Siedelungen im Königreich Sachsen (Dresden 1893) S. 281
 scheint an keltischen Ursprung zu denken. Unentschieden läßt die Er-
 klärung des Namens W. Friedrich a. a. O. S. 124, N. 4. 2) Apoc. 11, 4:
 hi sunt duae olivae; Zach. 4, 3: et duae olivae super illud. 3) Vacek
 a. a. O. S. 19 verweist auf die in lateinischer Fassung nicht erhaltenen
 45 pseudoepigraphen Testamenta XII patr., Levi III, wo von sieben Himmeln
 die Rede ist; vgl. auch II. Cor. 12, 2: ad tertium coelum. 4) Ps. 71, 17:
 omnes tr. t. 5) Gemeint sind die Heiligen Wenzel und Adalbert.
 6) Verg. Aen. VI, 179: itur — silvam. 7) Über die böhmische Amazonen-
 sage vgl. H. Jireček in: Čas. česk. mus. LXVIII (1894) 106; H. Schreuer,
 50 Zur altböh. Verfassungsgesch. a. a. O. S. 402.

K. 38, 38. sed ipsemet sibi^a viros, quos et quando voluerunt, accipiebant et, sicut gens Scitica Plauci sive Picenatici^{b.1}, vir et femina in habitu nullum discrimen habebant. Unde in tantum feminea^c excrevit audacia, ut in quadam rupe non longe a predicta urbe oppidum natura loci firmum • 5 sibi construerent, cui a virginali vocabulo inditum est nomen Devin^{d.2}. Quod videntes iuvenes contra eas^e nimio zelo indignantes multo plures insimul conglobati non longius quam unius bucinæ^f in altera rupe inter arbusta edificant urbem, quam moderni nuncupant Wissegrad, tunc 10 autem ab arbustis traxerat nomen Hvrasten^{g.3}. Et quia sepe virgines sollertiores ad decipiendos iuvenes^h fiebant, sepe autem iuvenes virginibus fortioresⁱ existebant, modo bellum, modo pax inter eos agebatur. Et dum interposita pace paciuntur, placuit utrisque partibus, ut compone- 15 rent cibis^k et potibus symbolum et per tres dies sine armis sollempnem insimul agerent ludum in constituto loco. Quid plura? Non aliter iuvenes cum puellis ineunt convivia, ac si lupi rapaces querentes edulia, ut intrarent ovilia. Primam diem epulis et nimis potibus 20 hilarem^l ducunt.

Dumque volunt sedare sitim, sitis altera crevit⁴,
Leticiamque suam iuvenes vix noctis^m ad horamⁿ
differunt.

Nox erat et celo fulgebat luna sereno⁵, 25
Inflans tunc lituum dedit unus eis ita signum

a) fehlt B. C 2^b. b) Pecenatici B. C. c) femina A 1 (rum über der Zeile später nachgetragen). d) Dewin A 3. C 2^a; Divin A 2^{a*}; Diewin C 1; Dyewyn A 2^b. C 2^b. e) eos A 1; eos, korr. eas, C 1^b. 3. f) stadii C 2^b. g) Hurasten A 4. B. C 1^b. 2; Hur., übergeschrieben Chrastien, C 3; Hvasten (mit getilgtem v und übergeschriebenem r) A 2^a; Hrastem A 1^a; Wrasten A 3; Hrasten *. h) virgines, korr. iuvenes, A 1. i) ferociosiores (A 4). B. k) et cibis A 3. l) fehlt A 3. m) so A 3; noctu, korr. von 2. Hd. noctis, C 3; noctu die übrigen. n) ad h. fehlt A 2^a. 30

1) Vgl. Regino z. J. 889, ed. Kurze S. 132 mit N. 2. 2) Der Name, von tschech. děva (das Mädchen) abzuleiten, bedeutet also soviel 35 wie Magdeburg. So heißt es Ann. Fuld. z. J. 864: Hludowicus rex ... Rastizen in quadam civitate, quae lingua gentis illius Dowina (eine Hs. ergänzt über der Zeile: id est puella) dicitur; in den SS. rer. Germ. Ann. Fuld. rec. Fr. Kurze (1891), S. 62 wird dieses D. als Theben am Einfluß der March in die Donau gedeutet; andere erklären es für das 40 mährische Maidburg a. d. Thaya. Über das böhmische D. vgl. W. W. Tomek, Stará swědectwi o hrađu Děwinu blíž Prahy [Alte Zeugnisse über die Burg D. bei Prag], in: Casopis česk. mus. 1846, 730 ff.; W. Friedrich a. a. O. S. 123 sagt: 'schräg gegenüber dem Wyschehrad am l. Moldauufer'. — Das Vorkommen des Namens verzeichnet im einzelnen 45 H. Jireček, Cosmas und seine Chronik S. 30. 3) Der spätere Wischehrad; tschech. chrast = virgulta, Gestrüpp; s. W. Friedrich a. a. O. S. 24, N. 6; 43; 123, N. 6. 4) Ovid. Met. III, 415: dumque sitim sedare cupit, s. a. cr. 5) Horat. Epod. XV, 1: Nox — sereno.

dicens:

‘Lusistis satis, edistis satis atque bibistis¹;

Surgite, vos rauco clamat Venus aurea sistro².

Moxque^a singuli³ singulas rapuere puellas^a. Mane autem
5 facto iam pacis inito pacto, sublatis Cerere et Bacho
ex earum oppido muros Lemniaco vacuos indulgent Vul-
cano^b. Et^c ex illa tempestate post obitum principis
Lubosse sunt^d mulieres nostrates virorum sub potestate.

Sed quoniam omnibus

10 Ire quidem restat, Numa^e quo venit^f et Ancus⁴,
Primizl iam plenus dierum⁵, postquam iura instituit le-
gum, quem^g coluit^h vivusⁱ ut deum, raptus est ad
Cereris generum⁶. Cui Nezamizl^k successit in regnum.
Hunc ubi mors rapuit, Mnata^k principales obtinuit fas-
15 ces. Quo decedente ab hac vita Voyn^l suscepit rerum
gubernacula. Huius post fatum Vnizlau^m rexit duca-
tum. Cuius vitam dum rumpunt Parce, Crezomizlⁿ
locatur sedis in arce. Hoc sublato e medio Neclan^o
ducatus potitur solio. Hic ubi vita discessit^p, Gosti-
20 vit^q throno successit⁷. Horum igitur principum de vita
eque et morte siletur, tum^r quia ventri^s et somno dediti,
inculti et indocti assimilati sunt peccori, quibus pro-
fecto contra naturam corpus voluptati, anima fuit oneri⁸;

25 a) moxque — puellas *fehlt* A 2, *am Rande nachgetragen* A 2^a. b) Wlcano
A 1. 1^a. 2^a. 3^b. C 1^a. 2. c) *fehlt* A 3. (4). 4^a. d) erant C 3. e) nimia A 3^b. 4^a.
C 1^b. 2^b; nimia, *korr.* Numa, B. C 3. f) devenit C 1^a*; venit, *korr.* devenit, A 2^a;
pervenit (A 4). g) que A 1^a. h) colunt, *korr.* coluerunt, C 2^b. i) unus A 3;
undeutlich, aber doch wohl vivus ut A 2^a; 7 *Hasten mit fraglichem s am Rande* A 2^b;
nimis (?) C 1^a. k) Nezamil A 1; Nezamysl A 2^b. C 1; Nez. — Mnata *fehlt* A 1^a. 4^a.
30 l) Vogen A 2^a*; Wogen A 2^b; Vogin C 1^a; Voyn (*mit übergeschriebenem e*) C 1^b;
moyen A 3. m) *so* A 1^a. 4^a. B; Vnizlu A 1; Unizlav A 4; Vnezlau A 2^a; Unez-
lau *: Uni(y)slaw C 1^a. 2^b; Wnizlaus, *übergeschrieben* Vnizlaus, C 1^b; Vnizlam C 2^a;
Wnizlau C 3; Wnyczlaw A 2^b; Vitozlau A 3. n) Crezomisl A 2^a*; -mysl A 2^b.
C 1. 2^a; Cresomysl C 2^b; Kressomizl B; Kresomizl A 3. o) Neklan A 2^b. B. C 1^a.
35 p) discessit, *korr.* decessit, A 2^a; decessit C 1*. q) Goztivuit A 1^a. 3^a; Hostiv(w)it
C 1; Hostywi(y)t A 2^b. C 2^b; Bostiwit C 2^a. r) tuū A 1; tamen C 2; dum A 4^a.
s) veneri A 3.

1) *Horat. Epist. II, 2, 214*: lusisti s. edisti s. a. bibisti. 2) *Verg. Aen. VIII, 696*: regina in mediis patrio vocat agmina sistro. 3) *Iud.*
40 21, 21: rapite ex eis singuli uxores singulas. 4) *Horat. Epist. I, 6, 27*:
ire tamen rest., N. quo devenit et Ancus. 5) *Gen. 25, 8* und *sonst*:
pl. d. 6) *Iuven. X, 112*: ad gen. Cer. 7) *Für die Echtheit dieser*
Fürstentafel spräche nach A. Brückner, Die Wahrheit über die Slaven-
apostel (Tübingen 1913) S. 41, daß keiner dieser heidnischen Namen sich
45 *bei den christlichen Přemysliden wiederhole. Sein früheres Urteil lautete*
ablehnend, vgl. H. Schreuer, Zur altböhm. Verfassungsgeschichte S. 397.
Über Schreuers und anderer Versuche, die Zeit dieser Fürsten zu datieren,
vgl. meine Gesch. Böhmens und Mährens S. 40. 8) *Sall. Cat. 2, 8*:
Sed multi mortales dediti ventri atque somno indocti incultique vitam
50 sicuti peregrinantes transegere; quibus — anima on. f.

K. 39, 30. tum quia non erat illo in tempore, qui stilo acta eorum commendaret memorie. Sed sileamus, de quibus siletur, et redeamus, unde paulo deviavimus^a.

X. Gostivit^a autem genuit Borivoy^b, qui primus dux baptizatus est a venerabili Metudio^c episcopo in Moravia¹ 5 sub temporibus Arnolfi^d imperatoris et Zuatopluk^e eiusdem Moravie regis. Nec superfluum esse iudicavimus^f, quod referente fama audivimus, huic operi nostro hoc in loco summatim literarum apicibus inserere bellum, quod- 10 que^g olim antea retro dierum tempore ducis Neclan^h in campo, qui dicitur Turzko^{i.2}, consertum est inter Boe-

a) digressi sumus A 3.

I, 10 (A. B. C). — a) Goztiuit A 1^a. 3; Gosthiuth A 4^a; Hostywit(yt) A 2^b. C 2^b; -iuit(h) C 1; Bostiuth C 2^a. b) Borwoy A 2^{a*}; Boriwoy A 3 sehr oft; Borzywoi A 2^b öfter; Borziwoy C 1^a fast immer. c) Methudio A 3. d) Arnolf A 1^a. B 15 immer; Arnolphi A 2^b. (4). C 2^a; Arnulphi C 3. e) Zuatoplik A 1 öfter. 4^a; -plick (A 4); Zwatoplik, korr. Zuatopluk, C 3; Zv(w)atopluc A 3 öfter; Zwatopluk C 1^a; Sw(u)atopluk öfter A 2^b. C 1^b. 2. f) iudicamus A 1^a. 2. (4). C 2; iudicamus, korr. iudicavimus, C 3. g) quod quidem A 3. h) Neclan C 1^a. 2^b; Neclam (A 4); Neklam A 1^a. i) Turzsko C 1^b. 2^b; Turczko A 4^a; Turzco A 2^{a*}. 3; Iurzko (A 4). 20

1) Über die oft behandelte Frage der Taufe Boriwois durch den h. Method, der F. Dobrowsky schon 1803 eine eigene Abhandlung gewidmet hat, vgl. jetzt H. Spangenberg, Die Boriwoilegende. Ein Beitrag zur Kritik des Cosmas von Prag, in: Mitteil. d. Vereines f. Geschichte d. Deutschen in Böhmen XXXVIII (1900), 234, dessen Ansicht, daß 25 Methods Mitwirkung entschieden abzulehnen sei, ich nicht beipflichte, weil entscheidende Gründe nicht erbracht wurden und m. E. nicht zu erbringen sind; vgl. meine Gesch. Böhmens und Mährens S. 77, auch Novotný Č. D. I, 1, 381. Brückner, Die Wahrheit ... S. 78 lehnt die Überlieferung des Cosmas ab, weil die sogen. Pannonische Legende 30 darüber schweigt, bezweifelt aber Boriwois Christentum nicht. — Die Zeitangabe bei Cosmas ist allerdings falsch, wenn man darauf Gewicht legt, daß er zu Lebzeiten Methods (gest. 6. April 885) Arnolf bereits als Kaiser bezeichnet, während er erst 896 zu dieser Würde gelangte und auch erst 887 König wurde; aber im Besitz Kärntens und Pannoniens 35 war er schon seit etwa 876. Wenn, wie wohl anzunehmen ist, eine Annäherung Böhmens an Mähren und die mährische Kirche am ehesten in eine Zeit der Spannung zwischen Böhmen und Bayern fallen dürfte, dann käme für das von Cosmas so bestimmt überlieferte Ereignis das Jahr 880 in Betracht. Vgl. überdies über die verschiedenen Ansätze 40 des Taufjahres, sowie über den Stand der Überlieferung V. Jagić, Entstehungsgeschichte der kirchenslawischen Sprache (Berlin 1913) S. 69 ff. und H. Naegle, Kirchengeschichte Böhmens (Wien-Leipzig 1915) S. 61 ff., der sich gleichfalls auf vollkommen ablehnenden Standpunkt stellt. Die neueste Arbeit: H. v. Schubert, Die sogenannten Slawenapostel Constantin und Methodius. Ein grundlegendes Kapitel aus den Beziehungen Deutschlands zum Südosten (Heidelberg 1916) berührt diesen Punkt gar nicht. 2) Über die Deutung des Namens vgl. A. Bachmann, Gesch. 45 Böhmens I (1899), 74, dem aber V. Novotný in: Český čas. hist. IX (1903), 28 entschieden entgegentritt. Schreuer, Sagenzeit a. a. O. S. 17 deutet wohl 50 kaum mit Recht die Neclankämpfe auf solche zwischen Böhmen und den Karolingern.

mos et Luczanos, qui nunc a modernis ab urbe Satc^a K. 40, 1.
 vocitantur Satcenses^b. Unde autem antiquitus nuncupetur
 ea natio Luczano^o, nolumus^d preterire^e sub silentio.
 Quippe illa distinguitur provincia quinque regionibus loco-
 5 rum per compendia. Prima regio est sita circa rivum
 nomine Guntna^f; secunda ex utraque parte est fluvii
 Uzkca^g; tertia extenditur per circuitum torrentis Broc-
 nica^h; quarta, que et Silvana¹ dicitur, sita est infra ter-
 minos fluminis Msa; quinta, que in medio est, diciturⁱ
 10 Luca^k, pulcherrima visu et utilissima^l usu ac uberrima
 satis nec non habundantissima pratis, unde et nomen
 ipsa regio traxit, quia luca latine pratum dicitur. Et quo-
 niam hec regio primum, longe antequam Satc^m urbs condita
 foret, est inhabitata hominibus, recte eius incole sunt a re-
 15 gione Luczaneⁿ nuncupati^o. His preluit dux nomine Wlaz-
 tizlav^p, vir bellicosus et^q in bellicis armis animosus^q ac
 consiliis supra modum dolosus, satisque in preliis felix po-
 tuisset dici, si sors suprema^r non clausisset eum fine in-
 felici. Nam contra Boemos frequenter susceperat bellum
 20 et semper Marte secundo atque diis auspiciis prevaluerat
 terramque eorum sepe ingressus cedibus, incendiis ac^s rapinis
 crudeliter devastarat et ipsos populi primates in tantum
 presidiis attenuarat^t, ut parvo clausi in oppido, quod
 dicitur Levigradec^{u.2}, hostium incursiones timerent oppido.
 25 Hic condidit urbem, quam appellavit nomine suo Wlaztizlav^v,
 inter duos montes Meduez^w et^x Pripec^{y.3}, scilicet in confinio

1a) Satec immer A 2^a. B*; Sathec A 3 immer; Satx A 4 auch sonst; Sats A 4^a;
 Sate C 1 öfter. 2. 3 immer; Sate, korr. Satecz, C 1^b; Sate, übergeschrieben Ziatec, C 3;
 Zatecz A 2^b immer. b) Sathcenses A 3; Zacenses A 2^b. c) Luczanorum C 2^a.
 30 d) volumus A 3; volumus, korr. nolumus, A 2^b. C 3. e) preteriri A 3. f) Gutna A 2.
 B. C 1^a*; Buntua C 2^a; Guntna, übergeschrieben Suntua, C 3. g) Uzka A 2^a. C 1^a. 3*;
 Uzca, korr. Uzka, C 2^a; Uzca A 3; Utkca A (4). 4^a; Uztka A 1^a; Usstka C 1^b.
 h) Brocnica, korr. in -cæ, A 1; Brocnice A 1^a; Boenica A 2^a*; Boenika A 2^b; Briz-
 nica A 3; Brocznik(c)a C 1; Brocnica, übergeschrieben Broznica, C 3. i) fehlt A 3.
 35 k) luka A 2. (4). 4^a. B. C 1^b. 2. 3*. l) utilissima C 2^a; ultima A (4). 4^a. m) Satk A 4^a;
 Sate, übergeschrieben Zatec, C 3. n) Luczane a reg. A 2^a; a reg. fehlt A 4^a; a fehlt
 A 2^b (Lucz. reg.). (4); Luczene, korr. Luczane, A 1. o) nuncupate A 3. (4). 4^a;
 nuncupate. korr. n-ti, A 1^a. 2^a; nuncil patere C 1^a; nuncil patrie C 2. p) Wlastis-
 law C 1^a. 2^b; Wlatizlau A 1^a. B; Wlastyzlaw A 2^b auch sonst; Wlatizlaus A 3;
 40 Wratizlav A 4 auch sonst; Vratizlaus A 4^a; Wladislaus C 1^b. q) et — animosus
 fehlt A 3. r) supr. C. s) fehlt B. C. t) attenuaverat A 3*; attenuerat A 2^b. 4^a;
 attenuerat, korr. attenuaverat, A 2^a. u) Leuigradek (-ecz) C 1. v) Wlastislaw
 C 1. 2^b; Wlastizlau B. C 3; Wlatizlau A 1^a. 3; Wlatizlau (A 4); Vultizlaw A 4^a.
 w) Medwez A 2^b; Meducz C 1^b. 3; Meduel C 1^a. x) fehlt A 3. y) Pripek A 1^a.
 45 2^a. (4). B. C 1^b. 3*; Prybek A 2^b; Przl(y)pek C 1^a. 2.

1) W. Friedrich a. a. O. S. 48 f. übersetzt das Wort mit 'Waldgau'
 im Gegensatz zu 'offenem Kulturland', wie etwa Saaz. 2) Vgl. ebenda
 S. 107. 3) Ebenda S. 104, N. 3: Kostial und Jesserken, allerdings mit
 Fragezeichen; Novotný Č. D. I, 1, 439, 440 u. s.

K. 40, 18. duarum provinciarum Belina¹ et^a Lutomerici^{b.2}, et posuit in ea viros^c iniquos ob insidias utriusque populi, quia hii adiuwabant partes Boemorum. Et sicut in omni vicissitudine rerum prosperitas elevat, adversitas humiliat cor hominum, ex nimia quam semper obtinuit in preliis prosperitate, exaltatum³ est cor ducis et elevatum, ut mente feroci exardesceret omnem Boemiam ad obtinendum. Ah^d! mens hominum ignara futurorum sepe suo fallitur augurio, sepe fit, quod ante ruinam^e cor extollitur^{f.4}, sicut ante leticiam sepe^g humiliatur. Mox tumido inflatus fastu^h superbie scire volens, virtus sua quante sit potencie, mittit gladium per omnes fines tocius provincie hac conditione principalisⁱ sentencie, ut quicumque corporis statura precellens gladii mensuram segnius iusso^k egrederetur ad pugnam^l, procul dubio puniretur gladio⁵. Quo^m ciciusⁿ dicto ut vidit in condicto coadunatos loco, stans in medio aggere, corona vulgi septus clipeoque^o subnixus, manu ensem vibrans sic est exorsus: 'O milites, quibus ultima in manibus est victoria, olim non semel vicistis, iam actum agitis. Quid opus est armis? Arma ad speciem milicie portare faciatis. Quin potius falcones, nisos, herodios et omne huiusmodi genus volatilium, quod magis aptum est ad iocunditatem et ludum, tollite vobiscum, quibus carnes inimicorum, si forte sufficient, dabimus^p ad vescendum. Teste Marte deo et mea domina Bellona, que mihi fecit omnia bona, per capulum ensis mei iuro, quem manu teneo, quod pro infantibus eorum catulos canum ponam ad ubera matrum. Levate signa⁶, tollite moras; semper nocuit differre paratis⁷. Ite iam velociter et vincite feliciter'. 30

a) fehlt A 1. b) Lutomir. A 1^a. B immer; Luthomir. A 3 öfter; Luthomierzicz C 1^b; Luthmerzicz C 2^a; Lythmyerzycz C 2^b. c) muros, korr. viros, A 1. d) ach C 1^b. 2; ah ah A 3. e) ruginam, korr. ruinam, A 1. f) exaltatur A 3. g) fehlt A 1. h) fatu A 3. i) conuincie pincipalis (so) A 1. k) iussu A 3. l) pugnam, korr. pugnandum, C 3. m) quos (s von 2. Hd.) A 2^a. n) totius A 3. o) clippeo A 2^{a*}; clypeoque A 3. (4). C 3. p) dapibus (A 4).

1) Vgl. Friedrich S. 102. 2) Vgl. ebenda S. 104. 3) I. Mac. 1, 4: exalt. est et elev. cor eius. 4) Prov. 16, 18: ante r. exaltatur spiritus. 5) Vgl. Monachus Sangall. II, 12 (SS. II, 755): ut etiam pueros et infantem ad spatam metiri praeciperet et quicumque eandem mensuram excederet, capite plecteretur. Reginonis chron. (a. a. O. S. 29): ut omnes virilis sexus eiusdem terrae incolas, qui gladii, quod tunc forte gerebat, longitudinem excessissent, peremerit. Vgl. auch E. Mayer, Deutsche und französische Verfassungsgeschichte vom 9. bis 14. Jhd. I (Leipzig 1899) 370, N. 1, wo Belege für das Zusammenrufen der Gemeinde zum Blutgericht mittels Aussendung des Schwertes nach altd deutschem Recht angeführt werden. 6) Isai. 13, 2; Jerem. 50, 2: levate signum. 7) Lucan. Phars. I, 281: tolle moras — paratis. 45

Exoritur clamor ad ethera¹; utilis et inutilis^a, fortis K. 41, 5.
et vilis^b, potens et inpotens perstrepunt: 'Arma, arma'^c,
saltat scabiosa^d equa ut acer equus in pugna.

XI. Interea quedam mulier, una de numero Eumeni-
5 dum, vocans ad se privignum^a, qui iam iturus erat ad
prelium, 'Quamvis', inquit, 'non est naturale novercis,
ut benefaciant suis privignis^b, tamen non inmemor con-
sorcii tui patris

cautum te faciam, quo^c possis vivere, si vis.

10 Scias Boemorum strigas^d sive^e lemures nostras prevaluisse
votis Eumenides^f, unde nostris usque ad unum inter-
fectis dabitur^g victoria Boemis^g.

Hanc tu quo tandem valeas evadere cladem,
quem in primo congressu interficies tibi adversantem,
15 utramque sibi abscidens aurem mitte in tuam bursam et
inter utrosque pedes equi in modum crucis evaginato ense
terram lineabis. Hoc enim faciens invisibiles ligaturas
laxabis, quibus ira deorum vestri equi obligati deficient^h
et cadent quasi ex longo itinere fatigati, moxque insiliens
20 equum terga vertes et, si magnus post teⁱ timor^k in-
gruerit, numquam retro aspicias^l, fugam sed acceleres
atque ita tu solus vix effugies. Nam dii, qui^m vobis-
cumⁿ comitabantur^o in prelium, versi sunt in auxi-
lium inimicis vestris^p. At contra Boemis resistere non
25 valentibus, hostibus quippe iam tociens triumphantibus^q,

Una salus^r erat victis nullam sperare salutem².

Sed sicut semper infideles homines et eo ad malum pro-
niores^s, ubi deficiunt vires et bone artes, ilico ad
deteriores pravitatis vertuntur partes, haud aliter gens
30 ista vanis^t sacris dedita, plus mendaciis credula, iam

a) utilis, *korr.* von 2. Hd. inutilis, A 1. b) fort. et vil. *fehlt* A 1; et fort. et vil. A 3; fort. et vil. *am Rande nachgetragen* C 3. c) das zweite arma *fehlt* A 2. 3*; *getilgt* C 1^b. d) scabio A 3.

I, 11 (A. B. C). — a) privinum A 2^a*. B; privinum, *korr.* privignum, C 1^a;
35 privignum (g durch unter- und übergesetzten Punkt *getilgt*) A 1. b) privinnis A 2^a;
privinis B; privinis, *korr.* privignis, C 1^a; privignis (g durch Punkte *getilgt*) A 1.
c) ut A 3. d) stringas A 1. e) *fehlt* A 3; sine A 1. f) eumenidas B; eume-
nidas, *korr.* -des, A 3^b. g) dab. Boemis (*korr.* aus -miis) vict. A 1; Boemiis vict. *.
h) Hoc enim faciens invicient C 1^a. i) post te *fehlt* A 2^a. k) terror A 2^a;
40 timor vel fragor A 3. (4). 4^a; vel (i) fragor | vel (i) timor (*das 2. vel am Zeilen-
anfang später dazugeschrieben*) A 1; timor, *über der Zeile* vel fragor, A 1^a; fragor B. C*.
l) aspicias A 3*; respicias seu aspicias A 4^a. m) qui dii mit *Umstellungszeichen* A 2^a;
qui dii *. n) nobiscum (A 4). o) comitantur A 3. p) nostris A 1^a. (4). B.
q) trihuph. A 1. r) soli¹ (salus *übergeschrieben*) A 1; saluius A 1^a; salu*, *korr.*
45 salu⁹, A 2^a. s) proniores, *korr.* promiores, A 1. t) vallis A 1.

1) *Verg. Aen. II, 313*: exoritur clamorque virum clangorque tu-
barum; 338: ... sublatus ad aethera clamor. 2) *Verg. Aen. II, 354*:
una s. victis n. s. s. — *Das von Cosmas eingeschobene 'erat' stört den
Vers.*

K. 41, 25. desperantes viribus et armis militaribus, quandam ad-
eunt sortilegam et consulunt eam atque instant, ut edi-
cat^a, quid opus sit facto in tali discrimine rerum aut
quos eventus futurum obtineat bellum. Illa, ut erat plena
phitone¹, ambigua non tenuit eos diu verborum ambage: 5
'Si vultis', inquit, 'triumphum victoriae consequi, oportet
vos prius iussa deorum exequi. Ergo litate^b diis vestris
asinum, ut sint et ipsi vobis in asilum. Hoc votum
fieri summus Iupiter et ipse Mars sororque eius Bellona at-
que gener Cereris iubet'. Queritur interim miser asellus et 10
occiditur et, ut iussum fuerat, in mille millies frustra^c
conciditur atque ab universo exercitu cicius dicto con-
sumitur. Quibus ita esu animatis asinino — res similis
prodigio — cerneret letas phalanges et viros mori promp-
tos ut silvaticos porcos; et sicut post aquosam nubem 15
fit sol clarior et visu iocundior, ita post nimiam iner-
ciam exercitus ille fuit alacrior et ad pugnam audacior.

XII. Interea dux eorum Neclan^a, lepore pavidior et
Partho^{b.2} fuga velocior, pugnam imminens pertimuit
et ficta infirmitate in castro supradicto delituit. Quid 20
facerent membra sine capite aut milites in prelio sine
duce? Erat ea tempestate quidam vir precipuus ho-
nestate corporis, etate et nomine Tyro^c et ipse post
ducem secundus imperio, qui ad occursum mille obpu-
gnantium in prelio nullum timere, nemini scivit cedere. 25
Hunc dux clam ad se vocat et precipit, ut arma sua in-
duat et paucis clientibus id scientibus^d herilem
equum iubet ut ascendat atque vice sui milites ad pug-
nam precedat, que non longe ab urbe, sed quasi
duobus stadiis distabat. Ventum erat ad campum ab 30
utrisque exercitibus condictum; sed prius Boemi preoccupant
collem in medio campo eminentem, unde et ho-
stes previderent adventantes, et is^e qui^f estimabatur dux
stans in eminentiori loco concionaretur ad milites Tyro:
'Si fas', inquit, 'esset duci verbis addere virtutem militibus³, 35

a) ut et dicat A 1. b) libate A 3. c) frustra A 1^a. 2^a. 4^a; frustra, korr. frustra, A 1.

I, 12 (A. B. C). — a) Neklan B. C; Niclan A 3; Necklan A 1^a. b) so A 4^a. B. C 1. 2^a. 3; partho, später übergeschrieben pardo, A 1; pbato. phato (das erste Wort in pardo korr.) A 2^a; patho A 2^b; pardo A 1^a. 3. (4). C 2^b*. c) Tyra B 40 immer; Tiro A 1^a öfter. 4^a; Styro A 2^b immer. d) id scient. fehlt A 3. e) his A 1. 3^b. (4). f) fehlt (A 4).

1) I. Reg. 28, 7: mulier habens pythonem. 2) Horat. Carm. II, 13, 17: celerem fugam Parthi; Epist. II, 1, 112: Parthis mendacior; Verg. Georg. III, 31: fidentemque fuga Parthum. 3) Sall. Cat. 58, 1: 45 compertum ego habeo, milites, verba virtutem non addere.

multiplicibus vos tenerem sermonum^a ambagibus. Sed K. 42, 2.
quia hostis ad oculum stat et breve tempus ad exhortandum extat,

Fas mihi sit vos vel paucis succendere dictis.

5 Omnibus in bello dimicandi par est devotio, sed impar
vincendi condicio^b. Illi paucorum pugnant pro gloria,
nos pro patria dimicamus et populi atque nostra liber-
tate¹ et salute ultima; illi ut rapiant aliena, nos ut
defendamus dulcia pignera et cara conubia. Conforta-
10 mini^c et estote viri². Nam deos vestros, quos ac-
tenus habuistis offensos, placastis votis, quibus placari
voluerunt. Ergo timorem eorum ne timueritis³, quia^d, qui-
bus in prelio timor⁴ officit^e animo, maximo versantur
in periculo; audacia autem habetur pro muro⁵, auda-
15 cibus et ipsi dii^f auxiliantur. Credite mihi, ultra illa castra
vestra salus posita est et gloria. At si terga hostibus
vertitis^g, mortem tamen non effugitis^h. Sed utinam
mortem, verum peius morte agetur; coniuges vestras in
conspectu vestro violabunt et in sinu earum infantes⁶
20 ferro trucidabunt et ad lactandum eis catulos dabunt,
quia victis una est virtus victoribus nil denegare⁷.

Interea dux Lucensis, ferocissimus mente, cum super-
bissima gente, quibus et hodie a malo innatum est
superbireⁱ, veniens ex adverso, ut vidit^k hostes non
25 cedere loco, iubet suos paulisper stare ilico et quasi
condolens super fata inimicorum his dictis acuit animos
suorum: 'O miserabiles^l timidorum hominum manes^m,
frustra prendunt colles, quibus desunt vires et bellice
artes, nec iuvat collis, si est virtus debilis. Cernitis,
30 quia in planis vobisⁿ non audent occurrere campis; ni-
mirum si non fallor, iam fugere parant. Sed vos, prius-
quam fugiant, irruite super eos impetu repentino et,
sub pedibus vestris ceu frivola^o stipularum ut conterantur,

35 a) sermone A 3; verborum A 4. b) cond. vel *ratio A 1; cond. vel
ratio A (4). 4^a; v. r. *später übergeschrieben* A 1^a. C 1^a; ratio *. c) conf. et nolite A 1.
d) *fehlt* A 3. e) *efficit* C 1. 2; *aufert animos übergeschrieben* C 3. f) *fehlt* A 1.
g) *vertetis* C 1^b. h) *effugitis, korr. effugietis, A 1. C 1^b. 3; effugietis *; effugistis*
A 1^a. i) *superbie, korr. superbire, A 1; superbie C 2^a.* k) *vides, korr. videt, A 1.*
l) *mirabiles A 1.* m) *inanis, korr. manes, A 2^a; inanes C 1^b. 2^a; manus Freh.*
40 n) *nobis A 1^a; planis non aud. vobis occ. A 3. (4).* o) *favilla über der Zeile C 1^b. 3.*

1) *Sall. Cat. 58, 11: nos pro patria, pro libertate, pro vita certamus; illis supervacaneum est pugnare pro potentia paucorum.*
2) *III. Reg. 2, 2: confortare et esto vir; vgl. Ios. 10, 25.* 3) *I. Petr. 3, 14: tim. autem e. n. tim.* 4) *Sall. Cat. 58, 2: tim. animi auri-*
45 *bus off.* 5) *Sall. Cat. 58, 17: semper in proelio iis maxumum est periculum, qui maxume timent; aud. p. m. h.* 6) *Isai. 13, 16: inf. eorum allidentur in oculis eorum . . . et uxores eorum violabuntur.*

K. 42, 23. facite more solito. Parcite, ne ignavorum^a sanguine pol-
luatis fortia tela, sed potius submittite^b que portatis
volatilia, ut perterrefaciatis^c falconibus pavidas acies ut
columbas'. Quod ut factum est, tanta fuit densitas
diversarum^d avium, ut sub pennis earum obscuraretur 5
aer velut sub aquosa nube vel nigre tempestatis tem-
pore. Hoc cernens intrepidus Tyro ceptum interrumpens
colloquium ad suos dixit: 'Si forte contigerit
me mori in prelio, sepelite me in hoc colliculo et con-
struite mausoleum^e mihi in secula nominativum^f'. Unde 10
et hodie nominatur: militis acerrimi bustum Tyri¹. Mox-
que prosiliens ceu maxima moles rupis, que fulmine rupta
de summitate alti montis fertur per abrupta loca ster-
nens omnia obstacula, haud aliter ruit fortissimus heros^g
Tyro in confertissimos² hostium cuneos; ac veluti si 15
quis in horto tenera papavera³ succideret ferro, ita ob-
stantium metit ense capita hostium, donec plenus
hastilibus quasi herinacius in media strage super ma-
gnam struem^h occisorum cecidit.

Incertum est, quis a quo vel quali vulnere quisque 20
ceciderit, nisi hoc solum scimus pro certo, quia Boemi
potiti sunt triumpho, Lucensibusⁱ omnibus interfectis us-
que ad unum, preter illum videlicet, quem noverca olim
premonuerat euntem ad prelium. Isque dum^k iussa
peregit noverce prepeti^l elapsus fuga dumque^m concitus 25
veniret adⁿ domum, ecce uxor sua plangebatur defuncta.
Quam ut videret vir suus, dum discooperuisset faciem eius
— res similis fecte — visum est funus habere in femineo
pectore vulnus et abscisas aures. Tunc vir^o recolens,
quod factum fuerat in prelio, protulit aures de bursa 30
cruentis^p cum inauribus atque recognovit hanc fuisse in
specie illius^q, quem adversantem occidit in bello.

a) ignaviorum (A 4). B. C 1b. 2b. b) fehlt A 3. c) perire faciatis A 2a. C 1b;
pertremefac. A 2b. d) fehlt A 2. e) mausole, korr. m- leu, A 1; mausoleum
A 3. C 3; manseolum A 2 (korr. maus. 2a); māsoleum A 1a. C 2b; mihi maus. C 1b. 2a; 35
mihi fehlt C 1a. f) so B. C 2; vel memoriale nominativum A 1; nomina-
tivum vel memoriale A 4. 4a. C 1a; nominativum, *übergeschrieben* (vel) memoriale,
A 1a. C 1b. 3; nominatum A 3; memoriale A 2*. g) eres, korr. heros, A 1.
h) strugem A 1; starem (?), korr. stragem, A 2a. i) Luccens. C 1; Luczens. C 3.
k) dum, korr. cum, C 3. l) p̄ceti, korr. von 2. Hd. p̄ ceteris, A 1. m) que ra- 40
diert A 2a. n) fehlt A 2a. o) fehlt A 1. p) cruentas A 3. q) eius A 1.

1) Dobner, *Annales III* (1765), 108: Ostenditur in hunc diem
crudi et abrupti saxi moles super sterilibus campis ad Tursko, quae
in busti huius memoriam huc advoluta dicitur, quam et ipse
spectavi oculis. 2) Sall. *Cat.* 60, 7: in confertissimos hostes in- 45
currit. 3) Liv. I, 54, 6: (Tarquinius) . . . summa papaverum capita
dicitur baculo decussisse.

XIII. Post hec intrantes Boemi in terram^a illam et K. 43, 3.
 nullo resistente¹ devastantes eam^b civitates destruxerunt,
 villas combusserunt, spolia multa acceperunt. Inter
 que filium^c herilem apud quandam vetulam mulierem
 5 inveniunt latitantem. Quem dux ut vidit, quamvis pa-
 ganus, tamen ut catholicus bonus misericordia super
 eum motus² etatule eius et forme pepercit et novam ur-
 bem in plano loco construens nomine Dragus^d super ripam
 fluvii Ogre^e iuxta pagum Postoloprith^{f.3}, ubi nunc cernitur
 10 sancte Marie cenobium, tradidit eam^g et puerum peda-
 gogo, cui antea^h pater suus eumⁱ commiserat, nomine
 Duringo, qui fuit de Zribia^{k.4} genere, excedens homi-
 nem scelere, vir pessimo¹ peior et omni belua cru-
 delior. Quod^m utiqueⁿ factum est omnium consilio
 15 comitum^o, ut populus^p, qui dispersus fuerat, ad filium
 herilem, suum quippe principem, ceu apes ad suam
 materculam confluerent; tum^q si quando resistere vel-
 lent, in plano loco facile capi possent^q, tum quia cum
 viro alienigena non tam cito conspiraret plebs indigena.
 20 His ita dispositis repedant ad propria cum magna leti-
 cia atque victrices aquilas⁵ in sua referunt stacia^r.

Interea scelestus Zribin^s ille, deterior infidele⁶, per-
 petrat scelus crudele. Nam quadam die piscatores nun-
 ciant stacionem piscium non modicam in placida aqua
 25 sub glacie nova^t; erat enim glacies perspicua, quam
 nec adhuc^u aura corruerat nec pulvis^v commaculaverat.

I, 13 (A. B. C). — a) so A 1; B. intrantes in t. ill. A 2^b; B. terram ill. intr. C 1^a;
 B. intrantes terram ill. die übrigen. b) fehlt A 1. c) fehlt A 3. d) Oragus (A 4).
 30 e) Oggre A 1. 1^a. (4); Egge A 4^a; Obre C 2^a; nomine Ohre C 2^b. f) Postolopirth A 2^a*;
 -pirzt A 1^a; -porth A 3^a; -preth C 2^a; -prt(h) A 2^b, 3^b. B. C 1. 2^b. g) vel civi-
 tatem eam A 1; et civ. eam (A 4); eandem civ. A 3; civitatem A 1^a, 2, 4^a*. h) ante
 A 3. i) fehlt A 1. — k) Ztribia A 1^a oft; Zurbia A 3^a; Zrbia B immer; Sribia A 2^a*;
 Sribia, korr. Zrbia, C 3; Surbia A 2^b; Srbia C 2^b; Srbia, am Rande korr. Zirbia, C 1^b.
 35 l) peior pess. A 2^a*; pessime pessimo (pessime korr. zuerst in pessimo, dann in pes-
 simus) A 1. m) beluo crudeliter quid, korr. belua crudelior, quod A 1. n) ita-
 que A 1. o) fehlt A 3. p) von 2. Hd. über der Zeile nachgetragen A 1. q) tum
 — possent fehlt A 3. (4). 4^a. r) spacia (A 4). B; stacia, übergeschrieben stativa, C 3.
 s) Ztribin A 1^a; Zirbin A 3^a; Zrbi(y)n A 2^b, 3^b. B: Zribni (A 4); Srbin C 1^b, über der
 40 Zeile auch 3; Sribin C 2^b. t) vel nitida nova A 1; nitida nova A 3; nova,
 nachgetragen nitida, C 1^b, 3; nitida, übergeschrieben vel nova, A 1^a; nitida A 2^a*.
 u) fehlt A 3. v) pluvia übergeschrieben C 3.

1) Iud. 18, 7; II. Par. 28, 20: nullo res. 2) Luc. 7, 13: mis.
 mot. super eam. 3) Postelberg; wegen Burg Drahusch vgl. W. Fried-
 rich a. a. O. S. 100, N. 11. — Über das dortige Benediktinerkloster vgl.
 45 A. Frind, Kirchengesch. Böhmens I, 268, dazu V. Novotný Č. D. I, 2, 695,
 N. 3. 4) Vgl. Zeuß, Die Deutschen und die Nachbarstämme S. 642:
 'Sorabi, die nördlichen Nachbarn der Tschechen am äußeren Abhange
 des Waldgebirges zu beiden Seiten der Elbe'. 5) Lucan. Phars. I, 339:
 vict. aqu. deponere. 6) I. Tim. 5, 8: infideli deterior.

K. 43, 18. Tunc ille Iudas secundus^a Durinch^b ratus esse congruum tempus ad exercendam suam nequiciam, quam dudum mala mente, malo^c animo conceperat in domini sui vitam^d, ait ad puerum: 'Eamus^e piscari', quem fraude parabat necare^f. Quo cum pervenissent, inquit^g: 'O mi domi- nelle, perspice natantes ecce sub glacie pisces plus quam mille'. At ille, sicut erat puer, pueriliter genua flectens dum inspicit sub glacie pisces, securus securim tenero collo^h excepit et, cui hostis pepercit, suus eum pedagogus interfecit. Diffugiunt omnes a tali spectaculo. At illeⁱ plus quam parricida, quod non potuit uno ictu securis, peragit cultello, caput suo dominello abscidens ut porcello, quod abscondens^k sub clamide velut domini sui pro honore munda involvit sindone^l, ut ad ducem, qui sibi eum commiserat, infelix malo suo deferat. Fert sine mora funesta dona sperans pro tali facto innumera consequi munera et invenit ducem in Pragensi palatio cum omnibus residentem comitibus in concilio; atque optimum ratus fore, ut in conspectu omnium facinus suum referat in medium, intrat et salutatur ducem et resalutatus stans expectat et, ut data est sibi copia fandi², dixit: 'En¹ ego, en ego solus mea^m effeci securi, ut vos omnes dormiatis in utramque aurem securi³. Sepe enim una et minima scintilla^{n.4}, quam incaute custos domus reliquit sub tenui favilla, excitat ignes magnos et non solum domum, sed etiam involvit et comburit ipsos domus dominos. Hanc ego^o scintillam precavens et previdens in futurum vobis nocituram extinxi et^p vos vestrosque^q posteros a ventura clade, quasi ex divino oraculo premonitus, protexi^p. Vos autem, qui estis capita terre, huic facto nomen invenite. Si est meritum, facite, ut omnes sciant, quantum merui; aut si dicitis esse scelus, plus mihi debetis, quod vos ipsi non facitis

a) sceleratus, *übergeschrieben* secundus, C 3. b) Durinh A 3^b; During A 3^a; Duringus C 2^b, *über der Zeile auch* 3; Durinc A 2^b. B; Durincus C 1^b. 2^a; Durink C 1^a; Durincl (so A 4). c) maloque A 3. d) vitam A 2; vitam vel necesse (so) A 1; vitam vel necem *die übrigen*; necem *. e) eamus domine A 3. f) necari A 3. C 3. g) ait A 3. h) securi tenerum collum A 3; tenello *übergeschrieben* C 3. i) ille Zirbin A 3. k) so (A 4). B; abscidens *alle übrigen*. l) en en A 1; *das zweite en ego fehlt* A 3. m) mea solus A 1. n) scintillula A 2; sincilla, *korr.* scintilla, A 1. o) *g* A 1; ergo A 1^a. C 1^b. 2^a p) et — protexi *fehlt* A 2^a. q) vos utrosque (von 2. Hd. *übergeschrieben* vestrosque) A 1; vosque posteros A 3.

1) *Matth.* 27, 59: et accepto corpore Ioseph involvit illud in sindone munda. 2) *Verg. Aen.* I, 520: coram data copia f. 3) *Terent. Heauton Timor.* 341: ademptum tibi iam faxo omnem metum, in aurem utramvis otiose ut dormias. 4) *Jes. Sir.* 11, 34: a scintilla una augetur ignis.

scelus. An ideo debuistis infanti parcere, quia pater K. 43, 38.
eius vestros infantes interficere et catulos voluit ponere
ad sugendum^a vestras coniuges? Certe

Nec carnes suaves^b rabidi nec suave lupi¹ ius.

5 Ecce paterni sanguinis ultor², vobis quandoque nociturus,
iacet sine vestro sanguine victus. Quin ite potius, ac-
cipite regnum ocius, quod sine metu possidebitis in sempi-
ternum felicius'. Et statim protulit caput in disco tenel-
lum, in quo nihil adhuc vivi hominis fuit extermina-
10 tum, nisi tantum, quod erat voce privatum. Expavit
dux, corda tremuerunt comitum, confusum inhorruit mur-
mur. Tunc dux torsit caput a munere nefando et solvit
ora talia^c fando:

'Aufer ab aspectu nostro tua^d dona, sceleste³,
15 tua scelera excedunt modum et veniam nec dignam
inveniunt vindictam. Ad hoc flagitium nec potest di-
gnum excogitari preiudicium nec par supplicium. An
putas, quod facere non potuissem⁴, quod fecisti, si volu-
issem? Mihi autem fuit licitum occidere inimicum,
20 sed non tibi dominum. Hoc quod peccasti peccatum
maius est, quam dici potest peccatum. Certe quicumque
te occiderit vel occidere te iudicaverit, non solum pec-
catum, sed duplex incurrit peccatum, quia et pecca-
tum quod occidaris^e, et peccatum quod occidisti do-
25 minum, pro utroque peccato triplicatum portabit pec-
catum. Verum si pro hoc tam scelere inmani^f aliquod^g
a nobis donatum sperasti, scias tibi pro magno mu-
nere hoc dari, ut unam de tribus quam velis eligas mor-
tem: aut te precipites ex alta rupe aut te manibus tuis
30 suspendas in quavis arbore aut scelerosam vitam tuo
finias^h ense'. Ad hec virⁱ ingemiscens ait: 'Heu^k,
quam male virum^l habet, cum preter spem sibi evenit'.
Et statim abiens in alta^m alno suspendit seⁿ laqueo;
unde alnus illa, quamdiu non cecidit, quia iuxta viam erat,

35 a) sugendam, *später korr.* sugendum, A 1. b) fehlt A 2^a. c) talia ita A 3.
d) fehlt A 3. e) occideris (A 4). f) in manu, *korr.* inmani, A 1; inm. scel. A 3;
scel. tam inm. A 2^b. C 3; scel. fehlt C 1^b. 2^a. g) aliquot A 1; aliquot, *korr.* -quod,
A 2^a. h) finies A 2. i) vir Zirbin A 3. k) heu heu A 3. l) vir A 3; vir
se Weinb. m) alto A 3. n) se suspendit A 2^a. C 1^a*

40 1) *Stat. Theb.* X, 42: rapidi — lupi. — 'Eo sensu, quo Graeci
dicunt: κακοῦ κόρακος κακὸν ὄρον'. *Gessin in seiner Einl.*; κακοῦ — ὄρον
am Rande C 3. Vgl. Sextus Empiricus Adv. Rhet. 99. 2) *Iuven.* X, 165:
tanti sanguinis ultor. 3) *Lucan. Phars.* IX, 1063: aufer ab asp.
nostro funesta, satelles, regis dona tui. 4) *Matth.* 26, 53: an putas,
45 quia non possum rogare.

- K. 44, 22. dicta est alnus Durinci^a. Et quoniam hec antiquis referuntur evenisse temporibus, utrum sint facta an ficta, lectoris iudicio relinquimus. Nunc ea que vera fidelium relatio commendat^b, noster stilus, licet obtusus tamen devotus, ad exarandum digna memorie se acuat*.
894. XIV. Anno dominice incarnationis DCCCLXXXIII. Borivoy^a baptizatus est primus dux^b sancte fidei catholicus¹. Eodem anno Zuatopluk^c rex Moravie, sicut vulgo dicitur, in medio exercitu suorum delituit et nusquam comparuit². Sed re vera tum in se ipsum^d reversus³, cum recognovisset, quod contra dominum suum imperatorem et compatrem⁴ Arnolfum^e iniuste et quasi inmemor beneficii arma movisset, qui sibi non solum Boemiam, verum etiam alias regiones hinc usque ad flumen^f Odram^{g.5}

*) A 3 fügt hinzu: De chronica b. Iheronimi et compositione annorum. Beatus Ieronimus in chronica quam propriis manibus contexit, ita commemorat: Ab Adam usque ad diluvium anni duo milia CCXLII, a diluvio usque ad Abraham anni nongenti XLII, ab Abraham usque ad nativitatem Domini anni duo milia XV. In quorum summa inveniuntur quinque milia et insuper centum nonaginta novem anni ab incarnatione Domini. — Über C 3 vgl. die Einleitung.

a) Durinici A 4; Duringi C 2^b. b) commemorat B.

I, 14 (A. B. C). — a) Borivy A 1. b) dux Boem. A 3. c) Zuathopluk A 1; Zuatopulch (Ich auf Rasur) A 2^{a*}; Zuatoplick (A 4); Zuatoplick, korr. Zuatopluk, C 3; Zwatopluk C 1^a. d) fehlt A 2. e) Arnolph. A 2^a, 3^{*}; Arnulph. A 1. 2^b. (4); Arnulf. C 3. f) fluvium (A 4). g) Ogram A 2^{a*}; Gram A 2^b; Ouram A 1^a.

1) Vgl. oben S. 22, N. 1; mit dem J. 894 ist Boriwois Taufe überhaupt in keinen Zusammenhang zu bringen, wenn man an Methods Mitwirkung festhält. Ob Cosmas, wie Palacky, *Gesch. Böhmens I*, 154 annahm, zu 894 nur Boriwois Tod, nicht dessen Taufe vermerken wollte, ist nicht zu bestimmen, da alle Berechnungen über sein Geburts- und Todesjahr unsicher sind. Abgesehen von älteren Versuchen nahm z. B. Spangenberg a. a. O. 891 als Todesjahr an; I. Pekař einmal (*Český čas. hist. VIII*, 1902, 416, N. 1) 852 als Geburts-, somit, da B. 36 (35) Jahre alt geworden sein soll, 888 (887) als Todesjahr; das andere Mal (*Die Wenzels- und Ludmilalegenden S. 223*) Geburt 857—8, Tod 893—4. — Vgl. auch Novotný *Č. D. I*, 1, 384, 406, der wiederum darauf Gewicht legt, daß nach den *Ann. Fuld.* z. J. 895 damals die Herrschaft Zwentibolds (Swatopluku) über Böhmen schon länger (dudum) gedauert habe, somit Boriwoi viel vor 894 gestorben sein müßte. Der Ausdruck dudum ist aber auch mehrdeutig. 2) Über die Sagen, die sich auf Swatopluku's Tod beziehen, vgl. E. Dümmler, *Gesch. des ostfränk. Reiches III*², 391 ff.; meine *Gesch. Mährens I*, 1 (1893), 58 ff. V. Tille in: *Český čas. hist. V* (1899), 177, Novotný *Č. D. I*, 1, 418 und R. Urbánek a. a. O. 3) *Luc.* 15, 17: in se autem rev. 4) Nach Regino z. J. 890 (a. a. O. S. 134) hatte Zwatopluk einen natürlichen Sohn Arnolfs aus der Taufe gehoben und nach sich 'Zuendibolch' genannt. 5) Bachmann erklärte in den *Mitteil. des Inst. f. österreich. Geschichtsforschung XX* (1899), 41 (vgl. auch seine *Gesch. Böhmens I*, 105, N. 3) Ogram (d. h. Eger) als 'die